Tiberius eine grofse Pietät zeigte. — *Gaium.* Im J. 40 hatte Caligula ein grofses Heer und eine Flotte zur Überfahrt nach Britannien an der gallischen Küste bereit, musterte die Truppen, setzte aber nicht über.

10. Hinter *constat* ist zu ergänzen: *et intrasset.* Hätte Tac. *agitabat* gesagt, so entspräche dies seiner sonstigen Redeweise. — *velox ingenio* rasch im Entschlusse. — *mobilis paenitentia* schnell (den Entschlufs) bereuend; eigentlich: leicht umzustimmen durch Bereuung des einmal Beschlossenen. Als Verb. ist *fuisset* zu denken.

11. *ingentes adversus Germ.* ctt. Im J. 39 unternahm Caligula einen lächerlichen Zug an den Rhein, angeblich um die Germanen zu züchtigen, in der That aber, um in Gallien Geld zu erpressen, was er während des folgenden Winters in Lyon ausführte.

12. Claudius, von dem vertriebenen Könige Bericus um Hülfe gebeten, sandte im J. 43 den Konsularen A. Plautius mit einem Heere nach Britannien und verweilte selbst 16 Tage auf der Insel.

13. Vespasian als Befehlshaber der zweiten Legion lieferte in den nächsten Jahren dem Feinde 30 Treffen, unterwarf im Süden 2 mächtige Völker und eroberte 20 Städte. — *fortunae* scil. Vespasiani, seiner Thronbesteigung.

15. *monstratus,* es ward auf ihn hingewiesen, seine zukünftige Gröfse ward vom Fatum angedeutet.

14. 1. *subinde* zuerst bei Horaz, in der Prosa erst seit Livius. — Plautius befehligte in Britannien von 43—47, Osterius bis 51, Didius bis 57, Veranius. 58, Suetonius 61.

4. *colonia,* in Camulodunum. S. zu cp. 5.

7. *et reges* „auch Könige“ wurden dazu benutzt, z. B. Masinissa, Attalus, Eumenes. — Didius Gallus hatte im J. 48 oder 49 im Orient ein Kommando gegen deu Mithridat von Bosporus geführt.

9. *officium augere* = *intendere* „steigern“, also mehr thun als die Pflicht fordert. Sall. Jug. 75 *Numidae officia intenderant.*

12. *firmare* fest anlegen; s. zu cp. 35, 4. — *Mona* ist bei Tacitus und Ptolemäus die Insel Anglesey, bei Cäsar die nördlich davon gelegene Insel Man.

13. *terga patefacere* ist eine neu-

15 Namque absentia legati remoto metu Britanni agitare inter se mala servitutis, conferre iniurias et interpretando accendere: nihil profici patientia nisi ut graviora tamquam ex facili tolerantibus imperentur. singulos sibi olim reges fuisse, nunc binos imponi, e quibus legatus in sanguinem, procurator in bona saeviret. aeque discordiam praepositorum, aeque concordiam subiectis exitiosam. alterius enim centuriones, alterius servos vim et contumelias miscere. nihil iam cupiditati, nihil libidini exceptum. in proelio fortiorem esse qui spoliet: nunc ab ignavis plerumque et imbellibus eripi domos, abstrahi liberos, iniungi dilectus, tanquam mori tantum pro patria nescientibus. quantulum enim transisse militum, si sese Britanni numerent? sic Germanias excussisse iugum; et flumine, non Oceano defendi. sibi patriam coniuges parentes, illis avaritiam et luxuriam causas belli esse. recessuros, ut divus Iulius recessisset, modo virtutem maiorum suorum aemularentur. neve proelii unius aut alterius eventu pavescerent: plus *illis* impetus, maiorem constantiam penes miseros esse. iam Britannorum etiam deos misereri, qui Romanum ducem absentem, qui relegatum in alia insula exercitum detinerent; iam ipsos, quod difficillimum fuerit, deliberare. porro in eius modi consiliis periculosius esse deprehendi quam audere.

gebildete Phrase, wie *terga praestare* cp. 37, *praebere* ann. 14, 37, *promittere* hist. 5, 18.

15. 2. *interpretando,* durch Deutungen, natürlich von gehässiger Art. — *accendere* mit einem Objekt der Sache (*iniurias*) heifst hier steigern, schärfen. Vgl. ann. 1, 69 *accendebat haec onerabatque Seianus.* Sonst bedeutet es entflammen, anschüren, doch mehr bei Dichtern und erst seit Livius häufiger in der Prosa, wie *accendere spem, studia, invidiam, proelium, ardorem pugnae, dolorem.*

3. *ex facili,* ein Gräcismus statt des Adverbs *facile,* nur hier und hist. 3, 49 nach Ovid, am. 2, 2, 55 *culpa nec ex facili, quamvis manifesta, probatur.*

5. *in bona,* weil der Prokurator als Hofbeamter die Interessen des kaiserl. Fiskus wahrnimmt.

6. Das wiederholte *aeque* steht nur hier und Hor. ep. 1, 1, 25 fg. Der Sinn ist: sive discordes sunt praepositi sive concordes, aeque exitiosum est subiectis.

7. *centuriones,* die des Statthalters; *servos,* des Prokurators.

8. *miscere,* wie hist. 3, 74 *minas adulationesque miscet.* ann. 1, 7 *lacrimas gaudium, questus adulationes miscebant.* hist. 3, 33.

9. *exceptus* mit dem Dativ nach Virg. Aen. 9, 270 *ipsum illum — excipiam sorti.* Sen. de ira 2, 8, 6.

10. *eripi domos,* eine ungewöhnliche Konstruktion, nur gewählt wegen der Übereinstimmung mit dem Folgenden. Regelrecht ann. 14, 31 *pellebant domibus.*

11. *tanquam* mit dem Particip, bei Cicero und Cäsar fehlend, erst seit Livius auftretend, ist bei Tac. nicht selten.

13. *Germanias.* Der Plural bezeichnet die einzelnen Teile oder Völkerschaften des Landes.

14. *illis* sc. Romanis. Ebenso im Folgenden: *plus illis impetus.*

15. *divus,* gewohnheitsmäfsige, dem Römer geläufige Bezeichnung.

19. *relegatum,* in oratorischer Hyperbel, statt *quasi relegatum.*

His atque talibus in vicem instincti, Boudicca generis regii femina duce (neque enim sexum in imperiis discernunt) sumpsere universi bellum; ac sparsos per castella milites consectati, expugnatis praesidiis ipsam coloniam invasere ut sedem servitutis, nec ullum in barbaris saevitiae genus omisit ira et victoria. quod nisi Paulinus cognito provinciae motu propere subvenisset, amissa Britannia foret; quam unius proelii fortuna veteri patientiae restituit, tenentibus arma plerisque, quos conscientia defectionis et proprius ex legato timor agitabat, ne quamquam egregius cetera adroganter in deditos et ut suae cuiusque iniuriae ultor durius consuleret. missus igitur Petronius Turpilianus tamquam exorabilior et delictis hostium novus eoque paenitentiae mitior compositis prioribus nihil ultra ausus Trebellio Maximo provinciam tradidit. Trebellius segnior et nullis castrorum experimentis, comitate quadam curandi provinciam tenuit. didicere iam barbari quoque ignoscere vitiis blandientibus, et interventus civilium armorum praebuit iustam segnitiae excusationem: sed discordia laboratum, cum adsuetus ex- 16

16. 1. *instinctus* = *instigatus*, auch cp. 35. hist. 4, 24 ann. 2, 46. Bei Klassikern äufserst selten, dann häufiger.

3. *sumere bellum* nach Sallust und Livius. Ebenso sagt Tacitus *sumere militiam, proelium, expugnationem,* nach Analogie von *arma sumere.*

4. *coloniam,* nämlich Camulodunum.

5. *ira et victoria* ist nicht Hendiadys, sondern bedeutet die Wut und den Übermut des Siegers.

8. *tenentibus* ist concessiv. *plerique* sehr viele.

9. *proprius* „persönlich", wie ann. 3, 67 *proprio in metu. ex* st. *a,* wie Tac. auch bei *metus* konstruiert. — *ne* ist explicativ und giebt an, worin die Furcht bestand. Vgl. hist. 2, 26 *timuisse se tantum laboris atque itineris, ne miles — fessos aggrederetur.* Öfter bei Livius (2, 9. 8, 29. 22, 59). Der adverbielle Accus. *cetera,* auch in der Germania und den Annalen, ist unklassisch und steht selten bei Sallust, Livius und Späteren.

10. *deditos,* im Sinne eines Bedingungssatzes: *si se dedidissent.* — *suae cuiusque* ctt. = suam quamque iniuriam ulciscens „jede ihm zugefügte Unbill". Vgl. ann. 14, 27 *cum sui cuiusque ordinis militibus.*

11. Petronius, von 62—67 in Britannien, erhält nach seiner Rückkehr die Insignien des Triumphes und wird im J. 68 auf Befehl des Galba in Rom getötet.

12. *tamquam* bezeichnet nicht den scheinbaren, sondern den als wahr angenommenen Grund. Der eigentliche Grund der Abberufung des Paulinus war nach ann. 14, 38 eine vom Prokurator Classicianus, seinem Feinde, ausgegangene Verleumdung. — *exorabilis* im Kompar. nur noch Sen. de clem. 1, 20. — *novus* c. dat., wie Sil. 6, 254 *novusque dolori* (unberührt).

13. *paenitentiae* ist Dativ u. zwar abstr. pro concreto = *paenitentibus.* — *prioribus* das früher Unterworfene.

14. Trebellius war im J. 58 mit Seneca Konsul und im J. 61 Mitglied der Censuskommission in Gallien gewesen. In Brit. ist er 64—69.

15. *curare,* absolut gebraucht wie ann. 11, 22 *qui Romae curarent,* nach Sallust. Sonst sagt Tac. *curare provinciam, exercitum, legiones* statt *regere.*

17. *civilium armorum.* Es ist der Thronfolgekrieg in den Jahren 68 und 69.

18. *discordia* Meuterei; ebenso bei Tac. *discors* u. *discordare.*

peditionibus miles otio lasciviret. Trebellius, fuga ac latebris vitata exercitus ira indecorus atque humilis, precario mox praefuit, ac velut pacti, exercitus licentiam, dux salutem, et seditio sine sanguine stetit. nec Vettius Bolanus, manentibus adhuc civilibus bellis, agitavit Britanniam disciplina: eadem inertia erga hostis, similis petulantia castrorum, nisi quod innocens Bolanus et nullis delictis invisus caritatem paraverat loco auctoritatis.

17 Sed ubi cum cetero orbe Vespasianus et Britanniam reciperavit, magni duces, egregii exercitus, minuta hostium spes. et terrorem statim intulit Petilius Cerialis, Brigantum civitatem, quae numerosissima provinciae totius perhibetur, adgressus. multa proelia, et aliquando non incruenta: magnamque Brigantum partem aut victoria amplexus est aut bello. et Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset: sustinuit molem Iulius Frontinus, vir magnus, quantum licebat, validamque et pugnacem Silurum gentem armis subegit, super virtutem hostium locorum quoque difficultates eluctatus.

18 Hunc Britanniae statum, has bellorum vices media iam aestate transgressus Agricola invenit, cum et milites velut omissa expeditione ad securitatem et hostes ad occasionem verterentur. Ordovicum civitas haud multo ante adventum eius alam in finibus suis agentem prope universam obtriverat,

21. *pacti* scil. *sunt.* Hiermit wird *precario* erklärt. Das folgende *et* giebt das Resultat an.

22. *stetit* = substitit, ut sanguis non profunderetur. Vgl. hist. 4, 67 *belli impetus stetit.* — Über Vettius Bolanus s. zu cp. 8, 1.

23. *nec agitavit Brit. disc.* ist sarkastisch: er beunruhigte (belästigte) es nicht.

24. *erga,* wie 5, 15.

17. 3. Cerialis von 71—74. — Die Brigantes, nördlich bis nach Schottland hinein wohnend, hatten sich ums Jahr 50 dem Ostorius unterworfen. Seit dem J. 70 befanden sie sich in einem Bürgerkriege, der zwischen dem Könige Venutius und der Königin Cartimandua, seiner untreuen Gattin, geführt ward. Vgl. hist. 3, 45 *et cohortes alaeque nostrae variis proeliis exemere tamen periculo reginam; regnum Venutio, bellum nobis relictum.*

7. *alterius successoris.* Der Sinn ist: jeden andern Nachfolger hätte Cerialis um Arbeit und Ruhm gebracht, aber Frontinus war der Arbeit gewachsen.

8. Julius Frontinus, Konsul im J. 74, Statthalter Britanniens 75—77, starb 106. Von ihm haben wir ein Handbuch *de aquis urbis Romae* und die vier Bücher *strategematon.* — *quantum licebat,* mit Rücksicht auf die Abhängigkeit von dem Monarchen.

9. Über die Silures s. zu cp. 11. — *super* = praeter, nachklassisch und zuerst bei Livius.

10. *eluctari,* seit Virgil bei Dichtern, in der Prosa erst seit Livius. Vgl. hist. 3, 59 *nives eluctari.*

18. 2. *transgressus,* absolut gebraucht wie cp. 10 *sed transgressis.* Es ist das Jahr 77 (nicht 78).

4. Die Ordovices sollen im nördlichen Wales gewohnt haben.

5. *agere* „sich aufhalten, stehen“ schon bei Sallust und Livius. — *obterere* statt *delere* erst seit Livius.

eoque initio erecta provincia. et quibus bellum volentibus erat, probare exemplum ac recentis legati animum opperiri, cum Agricola, quamquam transvecta aestas, sparsi per provinciam numeri, praesumpta apud militem illius anni quies, tarda et contraria bellum inchoaturo, et plerisque custodiri suspecta potius videbatur, ire obviam discrimini statuit; contractisque legionum vexillis et modica auxiliorum manu, quia in aequum degredi Ordovices non audebant, ipse ante agmen, quo ceteris par animus simili periculo esset, erexit aciem. caesaque prope universa gente, non ignarus instandum famae ac, prout prima cessissent, terrorem ceteris fore, Monam insulam, cuius possessione revocatum Paulinum rebellione totius Britanniae supra memoravi, redigere in potestatem animo intendit. sed ut in dubiis consiliis naves deerant: ratio et constantia ducis transvexit. depositis omnibus sarcinis lectissimos auxiliarium, quibus nota vada et patrius nandi usus, quo simul seque et arma et equos regunt, ita repente inmisit, ut obstupefacti hostes, qui classem, qui navis, qui mare spectabant, nihil arduum aut invictum crediderint sic ad bellum venientibus.

6. *erecta* = *commota*, bei Tacitus gewöhnlich mit einem Zusatz: *ad spem, in spem, spe.* hist. 4, 71 *erectae spes,* 2, 48 *erecto animo.* Ähnliches auch bei Cicero, mehr noch bei Livius. — *volentibus,* ein Gräcismus, bei Tac. nur noch hist. 3, 43. ann. 1, 59 *ut quibusque bellum invitis aut cupientibus erat.* Nach dem Vorgange des Sallust und Livius.

8. *transvecta* wie hist. 2, 76 *abiit iam et transvectum est tempus.* Sonst nirgends.

9. *numeri* die Abteilungen. In diesem Sinne erst im silbernen Latein. — *praesumere* „im voraus genießen, vorweg nehmen" statt des klassischen *animo praecipere.*

10. *tarda* hat transitiven Sinn: hemmend; sonst poetisch, wie Hor. sat. 1, 9, 32 *tarda podagra.* 2, 2, 88 *senectus.*

12. *vexilla* sind die verschiedenen Detachements, die entsandt waren.

14. *erexit.* Deutlicher cp. 36 *erigere in colles aciem coepere.* Ebenso hist. 4, 71. Zuerst bei Livius, z. B. 10, 26 *in collem aciem erexit.*

16. Statt *terrorem* erwartet man ein Substantiv von allgemeiner Bedeutung: der Eindruck. Aber es wird nur an den vorliegenden Fall gedacht: Schrecken hatte diese erste That verbreitet; derselbe Schrecken werde auch die übrigen begleiten. Dagegen allgemein gefaßt: hist. 2, 20 *gnarus, ut initia belli provenissent, famam in cetera fore,* ann. 12, 31 *gnarus primis eventibus metum aut fiduciam gigni.* — Über die Insel Mona s. zu cp. 14.

17. *revocare* mit bloßem Abl. wie Virg. G. 4, 88 *acie.* Liv. 25, 36 *proelio.*

19. *sed ut* ctt. Der Ausdruck ist zu kurz statt: aber wie es bei unbestimmten Plänen geschieht, es fehlte etwas (es war etwas nicht bedacht); hier fehlten Schiffe.

20. *auxiliarium.* Nicht Bataver sind gemeint, sondern ortskundige Britannier. Daher: *nota vada.* Vgl. cp. 29 *cui ex Britannis fortissimos et longa pace exploratos addiderat.*

22. *seque et.* In dieser Form der Koordination, die schon bei Plautus erscheint, verbindet Tac. (nach dem Vorgange des Sallust) *que* fast immer mit *se, sibi* oder *ipsi,* ausgenommen ann. 2, 6. 14, 31. Anders bei Livius.

23. *spectabant* „ausschauten" (nach einer Flotte, nach Schiffen, nach dem Meere).

ita petita pace ac dedita insula clarus ac magnus haberi Agricola, quippe cui ingredienti provinciam, quod tempus alii per ostentationem et officiorum ambitum transigunt, labor et periculum placuisset. nec Agricola prosperitate rerum in vanitatem usus, expeditionem aut victoriam vocabat victos continuisse, ne laureatis quidem gesta prosecutus est, sed ipsa dissimulatione famae famam auxit, aestimantibus quanta futuri spe tam magna tacuisset.

19 Ceterum animorum provinciae prudens, simulque doctus per aliena experimenta parum profici armis, si iniuriae sequerentur, causas bellorum statuit excidere. a se suisque orsus primum domum suam coercuit, quod plerisque haud minus arduum est quam provinciam regere. nihil per libertos servosque publicae rei, non studiis privatis nec ex commendatione aut precibus centurionem militesve ascire, sed optimum quemque fidissimum putare. omnia scire, non omnia exsequi. parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare; nec poena semper, sed saepius paenitentia contentus esse; officiis et administrationibus potius non peccaturos praeponere, quam damnare cum peccassent. frumenti et tributorum exactionem aequalitate munerum mollire, circumcisis quae in quaestum reperta ipso tributo gravius tolerabantur. namque per ludibrium adsidere clausis horreis et emere ultro frumenta auctiore pretio cogebantur. devortia itinerum et loniginqutas regionum

25. *clarus* ctt. nach Sall. Cat. 53 *Cato clarus atque magnus habetur.*

26. Die Verbindung *quippe qui* ist bei Tac. *ἅπ. εἰρ.* Sonst sagt er *ut qui.*

27. *offic. ambitus* ist das Haschen nach Huldigungen, Ovationen.

29. *laureatis* scil. *litteris.* Dafür *laurea* hist. 3, 77. Plin. pan. 4 Vgl. Plin. n. h. 15 §. 133 *laurus Romanis praecipuae laetitiae victoriarumque nuntia additur litteris.*

31. *aestimantibus* ist nicht Dativ, sondern absoluter Ablativ mit allgemeinem Pronominalsubjekte (man) wie hist. 1, 27 *requirentibus.* 2, 50 *reputantibus,* und schon bei Livius.

19. 2. *iniuriae,* wodurch nämlich Rebellion entstände.

3. *excidere* in diesem tropischen Sinne auch bei Klassikern.

4. *domum* das Gefolge, Dienstpersonal.

6. Hinter *rei* fehlt *agere,* wie Cic. Phil. 1, 2, 4 *nihil per senatum.* So öfter bei Verbis agendi.

7. *milites,* nicht für den Waffendienst, sondern für die unteren Stellen in der Verwaltung. — *ascire* öfter bei Tac., sonst nur Virg. A. 12, 38.

8. *exsequi* statt *punire, ulcisci,* bei Tacitus *ἅπ. εἰρ.*; erst seit Livius: 3, 25 *deorum hominumque simul violata iura exsequemur.* 3, 13 *rem exsequi* (gerichtlich verfolgen).

9. *commodare* = accomodare „angedeihen lassen", und zwar auf angemessene Weise. — *poena* „erst mit der Bestrafung".

13. *munerum* „der Leistungen". Nicht specielle Leistungen sind gemeint, sondern nur die eben erwähnten. — *circumcidere* in demselben Sinne schon bei Cicero.

15. *ultro* = *insuper,* bei Tac. häufig; seltener bei den Komikern und Klassikern.

16. *devortia itin.* „Umwege" ist *ἅπ. εἰρ.* im Latein.

indicebatur, ut civitates proximis hibernis in remota et avia deferrent, donec quod omnibus in promptu erat, paucis lucrosum fieret.

Haec primo statim anno comprimendo egregiam famam 20 paci circumdedit, quae vel incuria vel intolerantia priorum haud minus quam bellum timebatur. sed ubi aestas advenit, contracto exercitu multus in agmine, laudare modestiam, disiectos coercere; loca castris ipse capere, aestuaria ac silvas ipse praetemptare: et nihil interim apud hostis quietum pati, quo minus subitis excursibus popularetur; atque ubi satis terruerat, parcendo rursus invitamenta pacis ostentare. quibus rebus multae civitates, quae in illum diem ex aequo egerant, datis obsidibus iram posuere, et praesidiis castellisque circumdatae tanta ratione curaque ut nulla ante Britanniae nova pars *pariter* illacessita transierit.

Sequens hiems saluberrimis consiliis absumpta. namque 21 ut homines dispersi ac rudes eoque in bella faciles quieti et otio per voluptates adsuescerent, hortari privatim, adiuvare publice, ut templa fora domos extruerent, laudando promptos et castigando segnes: ita honoris aemulatio pro necessitate erat. iam vero principum filios liberalibus artibus erudire, et ingenia

17. *proximis hibernis*, absolute Ablative mit concessiver Bedeutung.

18. *in promptu* zur Hand, in der Nähe zu haben. — *pauci* sind die Lieferanten, Aufkäufer *(flagellantes)*.

20. 2. *circumdedit*, wie hist. 4, 11 *qui principatus inanem ei famam circumdarent. dial.* 37. *hanc illi famam circumdederunt*, und öfter in ähnlicher Bedeutung („verleihen"). Dieselbe Metapher im Griechischen: *περιτιθέναι τινὶ βασιλείαν, ἐλευθερίαν, ἀτιμίαν. περιβάλλειν τινὰ συμφοραῖς.* — *intolerantia* „Härte" höchst selten, doch schon bei Cicero.

4. *multus* sagt mehr als *multum* oder *frequens*, wie bei Sall. Jug. 84 u. 96; es bezeichnet zugleich die *diligentia* in der Aufsicht über die Marschkolonne, wie sie Sall. Jug. 45 an dem Metellus rühmt.

5. *ipse capere*, indem er die Absteckung des Lagers persönlich leitete. — *praetemptare*, dichterisch und nachklassisch, auch ann. 1, 73.

7. *quo minus* statt *quin* in adversativer Bedeutung, wie cp. 27. hist. 2, 45 und in den Annalen. Ist Taciteisch.

9. *ex aequo* „unabhängig", wie hist. 4, 64 *aut ex aequo ıgetis aut aliis imperabitis.* Eigentlich „unter gleichen Bedingungen", also nicht im Nachteil gegen andere, wie ann. 15, 13 *pacem ex aequo utilem.* Liv. 7, 30 *ex aequo venisse in amicitiam.*

10. *circumdatae* sc. *sunt.*

12. *pariter illacessita* „so ruhig". Das von Tac. neu gebildete Wort steht nur hier und Germ. 36 *pacem illacessiti nutrierunt.* — Das absolute *transire* (tropisch, scil. ad Romanos) auch Liv. 26, 12, 5 *qui ante certam diem transissent.* Vgl. h. 3, 61 *transitio.* Sonst wird der *terminus ad quem* hinzugefügt.

21. 1. *hiems* vom Jahre 78 auf 79.

2. *in bella faciles* = proni, parati ad bella, wie ann. 14, 4 *ad gaudia* und bei Ovid art. am. 1, 592 *et nimium faciles ad fera bella manus.* — *quieti et otio.* S. zu cp. 6.

5. *castigando*, mit Worten, also = vituperando.

6. *erudire* = erudiendos curare, wie so häufig *facere* „machen lassen".

Britannorum studiis Gallorum anteferre, ut qui modo linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent. inde etiam habitus nostri honor et frequens toga. paulatimque discessum ad delenimenta vitiorum, porticus et balinea et conviviorum elegantiam. idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.

22 Tertius expeditionum annus novas gentis aperuit, vastatis usque ad Tanaum (aestuario nomen est) nationibus. qua formidine territi hostes quamquam conflictatum saevis tempestatibus exercitum lacessere non ausi; ponendisque insuper castellis spatium fuit. adnotabant periti non alium ducem oppurtunitates locorum sapientius legisse; nullum ab Agricola positum castellum aut vi hostium expugnatum aut pactione ac fuga desertum, crebrae eruptiones; nam adversus moras obsidionis annuis copiis firmabantur. ita intrepida ibi hiems et sibi quisque praesidio, irritis hostibus eoque desperantibus, quia soliti plerumque damna aestatis hibernis eventibus pensare tum aestate atque hieme iuxta pellebantur. nec Agricola umquam per alios gesta avidus intercepit: seu centurio seu praefectus incorruptum facti testem habebat. apud quosdam acerbior in

7. *studia* „Fleiſs", als ob die Gallier kein Talent besäſsen. — *anteferre* bezeichnet das ausgesprochene Urteil.

8. *abnuebant.* Ebenso sagt Tac. *abnuere munus, iussa, dominationem, pacem.*

9. *habitus* Kleidung, Tracht, wozu hier besonders die Toga gehört.

10. *porticus.* Derartige Prachtbauten zeugten also von Verschwendung.

11. *humanitas* Civilisation, wie Caes. b. g. 1, 1.

22. 1. *tertius* ctt. das Jahr 79. — Die Personifikation von *annus,* auch bei Cicero und Livius, hat Tac. öfter in den Annalen, z. B. 4, 15 *idem annus alio quoque luctu Caesarem adficit.* Ebenso personificiert er *nox* und *aetas,* im Folgenden *intrepida hiems.* cp. 30 *pugna.* — *aperuit,* wie Germ. 1 *quos bellum aperuit.* — *vastare* mit einem Völkernamen als Objekt steht schon bei Liv. 35, 14 *Paelignos devastat.*

2. *Tanaum.* Die Lage ist unbekannt. Der Frith of Tay nördlich von Edinburg kann es nicht sein.

3. *quamquam* s. zu cp. 1.

4. *ponendis.* Vgl. zu 23, 1.

7. *pactione* durch Kapitulation mit dem Feinde.

8. *crebrae eruptiones* ist kein Glossem, sondern besagt, daſs sie sogar zur Offensive gegen die Britannier übergingen, und dazu fehlte ihnen nicht der Mut, denn sie wurden reichlich mit Vorräten *(copiis)* auf ein ganzes Jahr versorgt.

9. *intrepida* „nicht beunruhigt". *hiems* ist personificiert. — *quisque,* nicht die Soldaten, sondern die Befehlshaber der Kastelle.

10. *irritus,* auf Personen bezogen, auch ann. 3, 21 *irritum fessumque Romanum.* 1, 59 und öfter, auch in den Historien. In der Prosa erst seit Vellejus.

11. *pensare* statt *compensare* ist nachklassisch.

12. *iuxta* = pariter, nach Sallust und Livius.

13. *intercepit.* In derselben Bedeutung (sich widerrechtlich aneignen) auch bei Cic. leg. agr. 2, 2 *vester honos — interceptus.*

14. *testis* ist nicht der Augenzeuge, sondern der, welcher die Sache bezeugt, hier: anerkennt. — *apud* von einer mündlichen Äuſserung, wie ann. 1, 9 *apud prudentes vita eius varie extollebatur arguebaturve.*

conviciis narrabatur, et erat, ut comis bonis, ita adversus malos iniucundus. ceterum ex iracundia nihil supererat secretum, ut silentium eius non timeres: honestius putabat offendere quam odisse.

Quarta aestas obtinendis quae percucurrerat insumpta; ac 23
si virtus exercituum et Romani nominis gloria pateretur, inventus in ipsa Britannia terminus. namque Clota et Bodotria diversi maris aestibus per inmensum revectae, angusto terrarum spatio dirimuntur: quod tum praesidiis firmabatur atque omnis propior sinus tenebatur, summotis velut in aliam insulam hostibus.

Quinto expeditionum anno nave prima transgressus ignotas 24
ad id tempus gentis crebris simul ac prosperis proeliis domuit; eamque partem Britanniae quae Hiberniam aspicit copiis instruxit, in spem magis quam ob formidinem, si quidem Hibernia medio inter Britanniam atque Hispaniam sita et Gallico quoque mari opportuna valentissimam imperii partem magnis in vicem usibus miscuerit. spatium eius, si Britanniae comparetur, angustius, nostri maris insulas superat. solum caelumque et ingenia cultusque hominum haud multum a Britannia differt

16. *nihil superat* i. e. nihil residebat in animo, er grollte nicht. — *secretum* im Verborgenen, d. h. im Herzen.

23. 1. Das Jahr 80. — *obtinendis.* Den Dativ des Gerundivums bei *insumere* hat Tac. auch ann. 3, 1 *paucos dies componendo animo insumit.* 2, 53. 16, 23. In den drei kleinen Schriften sind solche Dative noch sehr selten, am häufigsten in den Annalen, oft als reine Finalsätze.

2. *inventus* scil. *erat*, statt *esset.*

3. *Clota* ist in Schottland der lange Fjord, in welchen der Clyde bei Glasgow fliefst und welcher jetzt Frith of Clyde heifst; *Bodotria* ist der ihm östlich gegenüberliegende Frith of Forth bei Edinburg.

4. *diversi*, westlich die irische See, östlich die Nordsee. — *revectae* „eindringend“. Der Ausdruck bedeutet wohl, dafs das ausströmende Wasser des Flusses durch die Flut zurückgedrängt wird. — *angusto*, etwa 5 geogr. Meilen.

6. *proprior* scil. Romanis, also „diesseitig“. — *sinus* „Landstrich, Gegend“. Erst bei Liv. 25, 5 und im silbernen Latein. Germ. 37 *eundem Germaniae sinum proximi Oceano Cimbri tenent.*

24. 1. *quinto*, das Jahr 81. — *nave prima* scheint zu bedeuten, dafs es das erste Schiff war, welches im Frühling nach Eröffnung der Schifffahrt über die Clota setzte. Um den Feind zu überraschen, wählt er nicht den Umweg zu Lande.

3. *aspicit*, wie Germ. 5 *qua Noricum — aspicit.* ann. 12, 32 *mari, quod Hiberniam insulam aspectat,* nach Virg. Aen. 1, 420. Dafür sagen Cicero und Cäsar *spectare.*

5. *medio* statt *in medio;* öfter bei Tac. — Die geographische Vorstellung ist ähnlich wie in cp. 10. — *et quoque* auch hist. 1, 30 *et Nero quoque vos destituit,* und so öfter, erst seit Livius zerstreut vorkommend.

6. *opportuna* „günstig gelegen“, auch ann. 3, 38. Besser bei Liv. 34, 13 *urbem maritimam et in Macedoniam opportune versam.* — Mit *valentiss. imp. partem* kann zunächst nur Spanien und Gallien gemeint sein. Vgl. hist. 3, 53 *Gallias Hispaniasque, validissimam terrarum partem.*

7. *usibus* bezieht sich namentlich auf den Handelsverkehr. — *miscuerit*, Potentialis mit Präsensbedeutung = *coniunxerit.* Vgl. 15, 7.

8. *nostri* d. h. des Mittelmeeres, welches erst im spätesten Latein *mediterraneum* heifst.

9. *haud multum differt in melius.*

in melius; aditus portusque per commercia et negotiatores cogniti. Agricola expulsum seditione domestica unum ex regulis gentis exceperat ac specie amicitiae in occasionem retinebat. saepe ex eo audivi legione una et modicis auxiliis debellari obtinerique Hiberniam posse; idque etiam adversus Britanniam profuturum, si Romana ubique arma et velut e conspectu libertas tolleretur.

25 Ceterum aestate qua sextum officii annum inchoabat, amplexus civitates trans Bodotriam sitas, quia motus universarum ultra gentium et infesta hostibus exercitus itinera timebantur, portus classe exploravit; quae ab Agricola primum adsumpta in partem virium sequebatur egregia specie, cum simul terra simul mari bellum impelleretur, ac saepe isdem castris pedes equesque et nauticus miles mixti copiis et laetitia sua quisque facta, suos casus attollerent, ac modo silvarum ac montium profunda, modo tempestatum ac fluctuum adversa, hinc terra et hostis, hinc victus Oceanus militari iactantia compararentur. Britannos quoque, ut ex captivis audiebatur, visa classis obstupefaciebat, tamquam aperto maris sui secreto ultimum victis perfugium clauderetur. ad manus et arma conversi Caledoniam incolentes populi, paratu magno, maiore fama, uti mos est de

Der Sinn ist: unterscheidet sich nicht viel zu seinem Vorteil. — Das Prädikat kongruiert im Numerus mit dem letzten Subjekt, was nicht auffallend ist und bei Tac. öfter vorkommt.

13. *ex eo* scil. Agricola (nicht etwa *regulo*). — *debellare*, zuerst bei Horaz und Virgil, dann seit Livius in der Prosa.

15. *arma* scil. *essent*. Der Konjunktiv von esse fehlt bei Tac. öfter, namentlich wenn noch ein koordinierter Satz im Konjunktiv folgt.

25. 1. Das Jahr 82. — *amplexus* (scil. animo) bezeichnet nur die Absicht, nicht die Ausführung der Unterwerfung. Sein Plan erstreckte sich auf alle diese Völkerschaften.

3. *ultra* statt eines attributiven Adjektivs. — *infestus* hat passiven Sinn, „gefährdet". — *hostibus* scil. Britannis.

5. *pars virium* ist ein Teil der Streitkräfte; *in* bezeichnet den Zweck.

6. *simul — simul*, zuerst bei Cäs. b. g. 4, 13 u. bei Livius, steht auch cp. 36. 41. hist. 1, 50. ann. 14, 40. — *bellum impellitur* ist neugebildete Phrase. Die gewöhnlichen militärischen Termini hat Tac. vielfach verändert.

7. *mixti* ctt. bedeutet: sie teilten Vorräte und Freude. Vgl. zu cp. 4 *locum Graeca comitate et provinciali parsimonia mixtum*.

8. *attollere*, schon seit Plautus bei Dichtern, in der Prosa erst seit Livius: 22, 26 *ad consulatus spem*.

9. *profunda*, vgl. zu cp. 12, 12. Tac. hat diese Konstruktion besonders bei Ortsbezeichnungen, wie bei *avia, summa, prima, intima, edita, altiora, ardua, abrupta, aperta, operta, inculta, occulta*. — *hinc — hinc*, statt *hinc — illinc*, wie auch bei Livius und im silbernen Latein. Vgl. Virg. Aen. 1, 504 *hinc atque hinc glomerantur Oreades*.

10. *victus Oceanus* = fortiter superata maris pericula. — *iactantia* im silbernen Latein statt *iactatio*.

12. *tamquam* ist kausal in indirekter Rede.

14. *paratus* statt *apparatus* schon Cic. fin. 5 §. 53. — *uti mos* ctt. Vgl. cp. 30 *omne ignotum pro magnifico est*.

ignotis, oppugnare ultro castella adorti, metum ut provocantes addiderant; regrediendumque citra Bodotriam et excedendum potius quam pellerentur ignavi specie prudentium admonebant, cum interim cognoscit hostis pluribus agminibus irrupturos. ac ne superante numero et peritia locorum circumiretur, diviso et ipse in tris partes exercitu incessit.

26 Quod ubi cognitum hosti, mutato repente consilio universi nonam legionem ut maxime invalidam nocte adgressi, inter somnum ac trepidationem caesis vigilibus irrupere. iamque in ipsis castris pugnabatur, cum Agricola iter hostium ab exploratoribus edoctus et vestigiis insecutus, velocissimos equitum peditumque adsultare tergis pugnantium iubet, mox ab universis adici clamorem; et propinqua luce fulsere signa. ita ancipiti malo territi Britanni; et Romanis rediit animus, ac securi pro salute de gloria certabant. ultro quin etiam erupere, et fuit atrox in ipsis portarum angustiis proelium, donec pulsi hostes, utroque exercitu certante, his, ut tulisse opem, illis, ne eguisse auxilio viderentur. quod nisi paludes et silvae fugientes texissent, debellatum illa victoria foret.

27 Cuius conscientia ac fama ferox exercitus nihil virtuti suae invium et penetrandam Caledoniam inveniendumque tandem Britanniae terminum continuo proeliorum cursu fremebant. atque illi modo cauti ac sapientes prompti post eventum ac magniloqui erant. iniquissima haec bellorum condicio est: prospera

17. *potius quam* mit fehlendem *ut* auch ann. 3, 37. 13, 42. 14, 21 nach Sallust und Livius.

20. *et ipse*, bei Cic. sehr selten, bei Cäsar und Sallust fehlend, hat Tac. in all seinen Werken. Die Stellung zwischen den Ablativis absol. auch Germ. 37 *amisso et ipse Pacoro*. Häufiger Livius, z. B. 4, 44 *causa ipse pro se dicta damnatur*.

26. 5. *edoctus* mit dem Accus., bei Cicero und Cäsar fehlend, steht zuerst bei Sall. Cat. 45 *cuncta edoctus*. Dagegen cp. 48 *de itinere hostium senatum docet*. — *vestigiis sequi, insequi* (ablat. loci) kommt erst seit Livius ohne Objekt der Person vor. Cicero hat: *aliquem vestigiis persequi, consequi*.

6. *adsultare*, wie ann. 2, 13 *adsultatum est castris*. Mit dem Accus. 1, 51 *latera et frontem modice adsultantes*. In derselben Bedeutung (vom militärischen Angriffe) nur noch bei späteren Dichtern.

8. *securus* mit *pro* auch hist. 4, 58 *aut pro vobis sollicitior aut pro me securior*. Liv. 38, 9 *pro Ambracia sollicitus*. Sen. const. 2, 1 *pro ipso Catone securum te esse iussi*.

9. *quin etiam* in Anastrophe, auch Germ. 3. hist. 2, 64 und öfter, aber noch nicht im Dialogus; nach Virg. Aen. 8, 485 *mortua quin etiam iungebant corpora vivis*.

10. *donec pulsi*, scil. *sunt*, wie ann. 4, 74 *donec id quoque vetitum*.

27. 2. Das transitive *penetrare* ist unklassisch.

3. *fremebant*. Den Plur. des Prädikates hat Tac. aufserdem nach dem Singular der Kollektiva *pars, multitudo, plebs, vulgus, iuventus, manus, vexillum veteranorum*, auch nach *quisque* und *uterque*.

4. *illi modo cauti* sind die kurz vorher in cp. 25 Erwähnten: *ignavi specie prudentium*.

5. *prospera omnes* ctt. Derselbe Gedanke wie ann. 3, 53 *cum recte factorum sibi quisque gratiam tra-*

omnes sibi vindicant, adversa uni imputantur. at Britanni non virtute *se*, sed occasione et arte victos rati, nihil ex adrogantia remittere, quo minus iuventutem armarent, coniuges ac liberos in loca tuta transferrent, coetibus ac sacrificiis conspirationem civitatum sancirent. atque ita irritatis utrimque animis discessum.

28 Eadem aestate cohors Usipiorum per Germanias conscripta et in Britanniam transmissa magnum ac memorabile facinus ausa est. occiso centurione ac militibus, qui ad tradendam disciplinam inmixti manipulis exemplum et rectores habebantur, tris liburnicas adactis per vim gubernatoribus ascendere; et uno renavigante, suspectis duobus eoque interfectis, nondum vulgato rumore ut miraculum praevehebantur. mox ad aquandum atque utilia raptum egressi et cum plerisque Britannorum sua defensantium proelio congressi ac saepe victores, aliquando pulsi, eo ad extremum inopiae venere, ut infirmissimos suorum, mox sorte ductos vescerentur. atque ita circumvecti Britanniam, amissis per inscitiam regendi navibus, pro praedonibus habiti, primum a Suebis, mox a Frisiis intercepti sunt. ac fuere quos

hant, unius invidia ab omnibus peccatur.

6. *imputare,* nachklassisch. — *non virtute se, sed.* Vgl. hist. 2, 44 *non virtute se, sed proditione victum.*

8. Über *quo minus* zu cp. 20.

10. Vgl. ann. 13, 56 *atque ita infensis utrimque animis discessum.*

28. 1. *aestate,* des Jahres 82. — Die Usipier (keltisch: Usipetes) treten zuerst im J. 55 v. Chr. auf, wo sie in Gallien eindringen wollen, aber von Cäsar zurückgedrängt werden. Sie wohnten am rechten Ufer des Niederrheins bis gegen die Mainmündung hinauf.

4. *rectores,* teils als *campi doctores* Exerziermeister, teils als *armorum doctores* Fechtmeister.

6. *renavigante* statt eines Partic. perfecti, wie ann. 3, 16 *illo respondente.* 6, 18 *accusante.* 29 *hortante,* u. öfter.

7. *praevehi* statt *praetervehi,* auch hist. 2, 2. ann. 2, 6 und schon bei Livius. Ebenso gebraucht Tacitus *praefluere, praegredi, praelabi, praelegere* (= praeternavigare).

8. *utilia* „Vorräte, Bedürfnisse“ wie Sall. Jug. 86 *commeatu, stipendio, armis aliisque utilibus naves onerat.* fragm. 2, 50, 6 *neque manu certare possunt neque utilia parare.* — *cum plerisque* „mit sehr vielen“. In dieser Bedeutung ist *plerique* häufig bei Tac., außerdem findet es sich bei Livius, Quintilian und Nepos.

9. *defensare* (bei Cicero *defensitare)* nur noch ann. 2, 5 und 12, 29; auch bei Sallus und Livius; sonst dichterisch.

10. *eo inopiae venere,* eine unklassische Konstruktion, auch ann. 1, 18 *eo furoris venere.* 4, 14 *eo flagitiorum et virium venisse,* und öfter. — *ad extremum* „zuletzt“, auch bei Klassikern.

11. *vesci* c. accus. ist bei Tac. *ἅπ. εἰρ.*; ursprünglich archaistisch, dann bei Dichtern und im silbernen Latein. — *circumvecti,* ob nach Norden oder Süden, ist unklar.

13. Nach Suet. Aug. 21 waren Sueben von Augustus an das linke Rheinufer versetzt; sie scheinen sich bis zur untern Schelde hingezogen zu haben, wo Spuren von ihnen aus späterer Zeit nachgewiesen sind. — Die Friesen wohnten im nördlichen Holland, jetzt Westfriesland. Sie waren 12 v. Chr. von Drusus, dann 47 n. Chr. von Corbulo unterworfen und gehörten zu Germania inferior.

per commercia venumdatos et in nostram usque ripam mutatione ementium adductos indicium tanti casus inlustravit.

29 Initio aestatis Agricola domestico vulnere ictus: anno ante natum filium amisit. quem casum neque ut plerique fortium virorum ambitiose, neque per lamenta rursus ac maerorem muliebriter tulit; et in luctu bellum inter remedia erat. igitur praemissa classe, quae pluribus locis praedata magnum et incertum terrorem faceret, expedito exercitu, cui ex Britannis fortissimos et longa pace exploratos addiderat, ad montem Graupium pervenit, quem iam hostis insederat. nam Britanni nihil fracti pugnae prioris eventu et ultionem aut servitium exspectantes, tandemque docti commune periculum concordia propulsandum, legationibus et foederibus omnium civitatum vires exciverant. iamque super triginta milia armatorum aspiciebantur, et adhuc adfluebat omnis iuventus et quibus cruda ac viridis senectus, clari bello et sua quisque decora gestantes, cum inter plures duces virtute et genere praestans nomine Calgacus, apud contractam multitudinem proelium poscentem in hunc modum locutus fertur:

30 'Quotiens causas belli et necessitatem nostram intueor, magnus mihi animus est hodiernum diem consensumque vestrum initium libertatis toti Britanniae fore; nam et universi servitutis expertes et nullae ultra terrae ac ne mare quidem securum inminente nobis classe Romana. ita proelium atque arma, quae fortibus honesta, eadem etiam ignavis tutissima sunt.

14. *nostram,* das linke Rheinufer.

15. *adductos,* aus Friesland. — *indicium* Erzählung. — *inlustravit* im Indikativ nach *fuere quos.* So nur noch dial. 31 *sunt apud quos — meretur.* Sonst setzt Tac. den Konjunktiv.

29. 1. *aestatis,* des Jahres 83. — Bei *ictus* ist *est* zu ergänzen, so dafs ein Asyndeton explicativum folgt. Besser wäre: *ictus est, filio amisso.*

2. *fortium.* Es sind starke Charaktere gemeint, die auch als solche gelten wollen, daher *ambitiose* (mit einer gewissen Ostentation, als Stoiker) den Schmerz nicht merken lassen.

3. *rursus* bezeichnet den Gegensatz, wie schon bei Cicero; häufiger in den Historien und Annalen.

8. Der Graupius wird sonst von keinem Schriftsteller des Altertums erwähnt; jetzt Grampians im mittleren Schottland. Das Schlachtfeld wahrscheinlich im Norden von Stirling, zwischen Ardoch und Comrie.

9. *pugnae prioris,* aus dem vorigen Jahre (82).

10. *exspectantes* gefafst auf etwas.

13. *cruda ac viridis,* nach Virg. Aen. 6, 304 *sed cruda deo viridisque senectus.* Sen. Oedip. 167 *durus senio navita crudo.*

14. *decora* wahrscheinlich ehrende Abzeichen für Kriegsthaten, wie Liv. 2, 23 *aliaque militiae decora.* 6, 20.

15. *praestans,* scil. *dux.* Vgl. ann. 13, 15 *damnata veneficii nomine Locusta.*

30. 2. *animus est* mit dem Infin. futuri ist neue Konstruktion, nach Analogie von *spes est, confido.*

4. *ultra,* cp. 10, 7. 25, 2. 30, 13. — *securum,* auf Sachen bezogen, ist ursprünglich dichterisch, erst seit Livius auch in der Prosa; dial. 37 *ut secura velint.*

6. *tutus,* hier „Schutz gewährend“ nach Sallust. Cat. 58. Jug. 74.

priores pugnae, quibus adversus Romanos varia fortuna certatum est, spem ac subsidium in nostris manibus habebant, quia nobilissimi totius Britanniae eoque in ipsis penetralibus siti nec servientium litora aspicientes, oculos quoque a contactu dominationis inviolatos habebamus. nos terrarum ac libertatis extremos recessus ipse ac sinus famae in hunc diem defendit: nunc terminus Britanniae patet. atqui omne ignotum pro magnifico est; sed nulla iam ultra gens, nihil nisi fluctus et saxa, et infestiores Romani, quorum superbiam frustra per obsequium ac modestiam effugeris. raptores orbis, postquam cuncta vastantibus defuere terrae, iam et mare scrutantur; si locuples hostis est, avari, si pauper, ambitiosi, quos non Oriens, non Occidens satiaverit: soli omnium opes atque inopiam pari adfectu concupiscunt. auferre trucidare rapere falsis nominibus imperium, atque ubi solitudinem faciunt, pacem appellant.'

31 'Liberos cuique ac propinquos suos natura carissimos esse voluit; hi per dilectus alibi servituri auferuntur; coniuges sororesque etiam si hostilem libidinem effugiant, nomine amicorum atque hospitum polluuntur. bona fortunaeque in tributum, ager atque annus in frumentum, corpora ipsa ac manus silvis ac paludibus emuniendis inter verbera ac contumelias conteruntur. nata servituti mancipia semel veneunt, atque ultro a dominis aluntur: Britannia servitutem suam quotidie emit, quo-

7. *pugnae*, personificiert; vgl. zu cp. 22, 1.

9. *eoque* „und deshalb", also weil sie Autochthonen sind, von fremden Einwanderern unberührt. — *siti*, von Völkern, wie ann. 12, 10 *longius sitos caedibus exhaustos;* nach Sallust. im silb. Zeitalter. — *servientium*, sc. Gallorum. — *contactu*, auf *oculos* bezogen, ist ähnlich dem nachklassischen *contrectare oculis* ann. 3, 12.

11. *inviolatus* mit der Präpos. *ab*, wie Just. 2, 3 *ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut invicti mansere.* Cic. Phil. 13, 4 *casta a cruore civili.*

12. *recessus* — *famae* „die Entfernung selbst und die Verborgenheit unseres Rufes" d. h. unseres Namens. Man hat uns nicht gekannt, und deshalb blieben wir unbelästigt. — Zu diesem Gedanken bildet das folgende *nunc* den Gegensatz.

13. *atqui* (für das handschr. *atque)* bezeichnet statt *at* oder *at enim* einen Einwurf: „aber es gilt ja alles Unbekannte für bedeutend". Das Wort steht bei Tac. nur noch ann. 3, 54. Die Bedeutung ist der obigen ähnlich bei Cic. Brut. §. 287 u. Sen. ad Helv. 9, 2. Darauf folgt als Widerlegung der Gedanke: leider müssen wir jetzt aus diesem Nimbus der *ignoti* heraustreten, denn hinter uns sind die Grenzen des Landes und vor uns steht der Feind.

15. *infestiores*, scil. quam fluctus et saxa.

17. *iam et* sagt Tac. immer für das übelklingende *iam etiam.*

31. 5. *annus* der jährliche Ertrag, wie Germ. 14 *arare terram aut exspectare annum.* So nur bei späteren Dichtern. — *frumentum* ist die Getreideabgabe.

6. *emunio* „gangbar machen", in diesem Sinne erst seit Seneca; zuerst bei Liv. („aufmauern").

7. *ultro* obenein noch, noch dazu, wie cp. 19, 15.

8. *quotidie emit*, indem das Land mit seinen Abgaben die Unterdrücker nährt.

tidie pascit. ac sicut in familia recentissimus quisque servorum etiam conservis ludibrio est, sic in hoc orbis terrarum vetere famulatu novi nos et viles in excidium petimur; neque enim arva nobis aut metalla aut portus sunt, quibus exercendis reservemur. virtus porro ac ferocia subiectorum ingrata imperantibus; et longinquitas ac secretum ipsum quo tutius, eo suspectius. ita sublata spe veniae tandem sumite animum, tam quibus salus quam quibus gloria carissima est. Brigantes femina duce exurere coloniam, expugnare castra, ac nisi felicitas in socordiam vertisset, exuere iugum potuere: nos integri et indomiti et in libertatem, non in paenitentiam bellaturi, primo statim congressu ostendamus, quos sibi Caledonia viros seposuerit.'

32 'An eandem Romanis in bello virtutem quam in pace lasciviam adesse creditis? nostris illi dissensionibus ac discordiis clari vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt; quem contractum ex diversissimis gentibus ut secundae res tenent, ita adversae dissolvent; nisi si Gallos et Germanos et (pudet dictu) Britannorum plerosque, licet dominationi alienae sanguinem commodent, diutius tamen hostes quam servos, fide et adfectu teneri putatis. metus ac terror sunt infirma vincla caritatis; quae ubi removeris, qui timere desierint, odisse incipient. omnia victoriae incitamenta pro nobis sunt: nullae Romanos coniuges accendunt, nulli parentes fugam exprobraturi sunt: aut nulla plerisque patria aut alia est. paucos numero, locorum trepidos ignorantia, caelum ipsum ac mare et silvas, ignota omnia cir-

11. *viles* „wertlos" für die Sieger.

12. Zu *portus* paſst das folgende *exercendis* nur durch ein Zeugma, insofern Hafenarbeiten gemeint sind. — Zu *arva exercere* vgl. Germ. 29 *qui decumates agros exercent.* Nach Virgil: *humum, solum exercere.* — *quibus exercendis.* Über den Dativus gerundivi s. zu cp. 23.

14. *secretum* Abgeschiedenheit, Entlegenheit.

15. *sumere animum* „einen Entschluſs fassen" ist nachklassisch, auch hist. 1, 27 *animum ex eventu sumpturi.* Seit Liv. u. Ovid.

16. Statt der Briganten werden in den Annalen (14, 31) die Icener u. Trinobanten genannt. Der Aufstand ist der unter Boudicca, cp. 16.

18. *vertere* intransitiv, auch Cäs. b. c. 3, 73; wird seit Livius häufiger. Ebenso ann. 13, 21. 37. 14, 31.

19. *in* bezeichnet das Resultat.

32. 5. *nisi si* in der Bedeutung des ironischen *nisi forte* steht auch bei Cic. Cat. 2, 4 *nisi vero si quis est qui* ctt. Quint. 4, 1, 70 *nisi si cui displicet.* — *pudet dictu* (statt *dicere*) ist ἅπ. εἰρ. im Latein, nach Analogie von *pudendum dictu* hist. 2, 61. Quintil. 1, 2, 8. 6, 4, 7.

7. *commodare* im Sinne von *praebere* nach Liv. 34, 12 *ne suas vires, aliis eas commodando, minuat.* Cicero: *alicui aurum, facultates, aedes commodare.* — *adfectus* (sonst nur allgemein der „Gemütszustand") ist in dieser Bedeutung silbernes Latein.

10. *pro nobis,* wie hist. 4, 78 *cuncta pro hostibus erant.* So zuerst bei Sall. Jug. 98 *noctem pro se rati,* dann öfter bei Livius, z. B. 9, 24 *et locus pro vobis et nox erit.*

13. *circumspectare* sich ängstlich nach allen Seiten umsehen; hist. 2, 20 *circumspectare inter se attoniti.*

cumspectantes, clausos quodam modo ac vinctos di nobis tradiderunt. ne terreat vanus aspectus et auri fulgor atque argenti, quod neque tegit neque vulnerat. in ipsa hostium acie inveniemus nostras manus. adgnoscent Britanni suam causam, recordabuntur Galli priorem libertatem, deserent illos ceteri Germani, tam quam nuper Usipi reliquerunt. nec quicquam ultra formidinis: vacua castella, senum coloniae, inter male parentes et iniuste imperantes aegra municipia et discordantia. hic dux, hic exercitus: ibi tributa et metalla et ceterae servientium poenae, quas in aeternum perferre aut statim ulcisci in hoc campo est. proinde ituri in aciem et maiores vestros et posteros cogitate.'

33 Excepere orationem alacres, ut barbaris moris, cantu fremituque et clamoribus dissonis. iamque agmina et armorum fulgores audentissimi cuiusque procursu; simul instruebatur acies, cum Agricola quamquam laetum et vix munimentis coercitum militem accendendum adhuc ratus, ita disseruit: 'septimus annus est, commilitones, ex quo virtute vestra, auspiciis imperii Romani, fide atque opera nostra Britanniam vicistis. tot expeditionibus, tot proeliis, seu fortitudine adversus hostis seu patientia ac labore paene adversus ipsam rerum naturam opus fuit, neque me militum neque vos ducis paenituit. ergo egressi, ego veterum legatorum, vos priorum exercituum terminos, finem Britanniae non fama nec rumore, sed castris et armis tenemus: inventa Britannia et subacta. equidem saepe

Cic. Pis. §. 99 *circumspectantem omnia*. Sall. Jug. 72, 2 *circumspectare omnia et omni strepitu pavescere*.

17. *nostras manus*. Zunächst sind freilich Britannier gemeint, dann aber auch Gallier und Germanen, die sich ihnen anschliefsen würden.

19. *tam quam* (eigentlich: in demselben Mafse wie) statt *ut* findet sich schon öfter bei Cicero. — Über die Usipier s. cp. 28.

21. *inter male parentes* ctt. steht für einen Nebensatz: *cum* alteri (Britanni) male pareant, alteri (cives Romani) iniuste imperent. hist. 1, 1 *inter infestos vel obnoxios*.

21. *aegra* „krankhaft, zerrüttet". Schon bei Cic. p. Mil. 25 *reipubl. partes aegras et labantes*, und öfter. Liv. 5, 3 *aegri aliquid esse in republica*. — Der generelle Plural *municipia* (zunächst denken wir nur an Verulamium) ist rhetorisch, wie *liberos* und *flumina* ann. 1, 42. *triumphales avos* 14, 1. *classes* 14, 11.

24. *in hoc campo est* „auf diesem Schlachtfelde wird es sich entscheiden". Also *est* = situm, positum est. Liv. 10, 14 *spem in impetu esse equitum*.

25. *cogitare* c. accus. „an etwas denken" schon bei Cicero.

33. 3. *fulgores* plur. ist. *ἅπ. εἰρ.* — Der Superlativ von *audens* nur noch bei Gellius. — *procursus* in der Prosa erst seit Livius.

5. *adhuc* steigernd statt *insuper* ist nachklassisch.

7. *vicistis* als Perf. praes. statt *vincitis*. Der Sinn ist: bisher seid ihr siegreich gewesen.

10. *paenituit*. Das Verb bedeutet auch: unzufrieden sein mit jemand.

13. *inventa* ist rednerische Hyperbel, da nicht das Land, sondern nur die Nordgrenze desselben gefunden ist.

in agmine, cum vos paludes montesve et flumina fatigarent, fortissimi cuiusque voces audiebam: 'quando dabitur hostis, quando acies?' veniunt, e latebris suis extrusi, et vota virtusque in aperto, omniaque prona victoribus atque eadem victis adversa, nam ut superasse tantum itineris, silvis evasisse, transisse aestuaria pulchrum ac decorum in frontem, ita fugientibus periculosissima quae hodie prosperrima sunt; neque enim nobis aut locorum eadem notitia aut commeatuum eadem abundantia, sed manus et arma et in his omnia. quod ad me attinet, iam pridem mihi decretum est neque exercitus neque ducis terga tuta esse. proinde et honesta mors turpi vita potior, et incolumitas ac decus eodem loco sita sunt: nec inglorium fuerit in ipso terrarum ac naturae fine cecidisse.'

'Si novae gentes atque ignota acies constitisset, aliorum 34
exercituum exemplis vos hortarer: nunc vestra decora recensete, vestros oculos interrogate. hi sunt quos proximo anno unam legionem furto noctis adgressos clamore debellastis; hi Britannorum fugacissimi ideoque ceterorum tam diu superstites. quo modo silvas saltusque penetrantibus fortissimum quodque animal contra ruere, pavida et inertia ipso agminis sono pellebantur, sic acerrimi Britannorum iam pridem ceciderunt, reliquus est numerus ignavorum et metuentium. quos quod tandem invenistis, non restiterunt, sed deprehensi sunt: novissimae res

15. *dabitur,* wie ann. 2, 13 *veniret dies, daretur pugna.*

16. *vota* = *quod votis optastis* (Virg. Aen. 10, 279). *in aperto* s. zu cp. 1, 6.

17. *prona* = *secunda,* facilia. So zuerst Sall. Jug. 114 *omnia virtuti suae prona esse.* Derselbe Gedanke steht bei Sall. Cat. 58 *si vincimus, omnia nobis tuta erunt, — sin metu cesserimus, eadem illa advorsa fient.*

18. *evadere* ebenso konstruiert ann. 1, 51 *evasere silvas.* 5, 10 *angustias Isthmi,* nach Liv. 21, 32 und vor ihm schon bei Dichtern.

19. *in frontem* bedeutet „für das Vordringen" statt *aggredientibus* im Gegensatz zu dem folgenden *fugientibus.*

23. *mihi decretum est* statt *iudicavi,* sehr selten, doch ähnlich schon Cic. fam. 2, 6, 3 *in quo omnia mea posita esse decrevi.*

24. *proinde* = *igitur,* hier nicht im Wunschsatze, wie Liv. 3, 48, 3 *p. quiesse erit melius,* und dann öfter.

25. *naturae fine.* Insofern das Meer als unproduktiv galt, erschien das äufserste Land als das Ende der Welt. Vgl. Plin. n. h. 30 § 13 *ad naturae inane pervecta.*

34. 2. *decora* sind hier glänzende Thaten, wie Liv. 3, 12 *cum multa referret sua famliaeque decora.* 21,43.

4. *unam legionem,* s. cp. 26. — *furto noctis* statt *fraude nocturna,* nach Virg. Aen. 9, 397 *fraude loci et noctis — oppressum.* Curt. 4, 13, 9 *meae vero gloriae — furtum noctis obstare non patiar.*

5. In *fugacissimi* liegt dieselbe Hyperbel wie ann. 2, 15 *hos esse Romanos Variani exercitus fugacissimos.*

6. Über *penetrare* s. zu 27, 2.

7. *ruere* ist Perfekt. Der Plural nach *quisque* öfter bei Tac.

9. *quos quod* ctt. mit Auslassung eines folgenden Hauptsatzes *(scitote* oder dergl.) wie auch bei Klassikern.

10. *novissimae* = extremae, desperatae. Der Sinn ist: „die verzweifelte Lage hat in der äufsersten Furcht ihre Leiber hier festgebannt".

extremo metu corpora defixere in his vestigiis, in quibus pulchram et spectabilem victoriam ederetis. transigite cum expeditionibus, imponite quinquaginta annis magnum diem, adprobate rei publicae numquam exercitui imputari potuisse aut moras belli aut causas rebellandi.'

35 Et adloquente adhuc Agricola militum ardor eminebat, et finem orationis ingens alacritas consecuta est, statimque ad arma discursum. instinctos ruentesque ita disposuit, ut peditum auxilia, quae octo milium erant, mediam aciem firmarent, equitum tria milia cornibus adfunderentur. legiones pro vallo stetere, ingens victori decus citra Romanum sanguinem bellanti, et auxilium, si pellerentur. Britannorum acies in speciem simul ac terrorem editioribus locis constiterat ita, ut primum agmen in aequo, ceteri per adclive iugum conexi velut insurgerent; media campi covinnarius eques strepitu ac discursu complebat. tum Agricola superante hostium multitudine veritus ne in frontem simul et latera suorum pugnaretur, diductis ordinibus,

11. *extremo metu* ist ablat. instrumenti. Vgl. ann. 1, 68 *milite — quasi ob metum defixo.* 13, 5 *ceteris pavore defixis.* So schon Liv. 22, 53 *quod malum cum stupore ac miraculo torpidos defixisset.* 7, 10 *defixerat pavor cum admiratione Gallos,* und öfter. — *vestigia* (fast = *loca*) bezeichnet hier die Stelle, wo man festen Fuſs gefaſst hat. Vgl. hist. 2, 78 *eodem vestigio resurgens.* 3, 72 *isdem rursus vestigiis situm est (Capitolium).* Zuerst bei Liv. 22, 49 *cum victi mori in vestigio mallent quam fugere.*

12. *ederetis.* Der Relativsatz hat finale Bedeutung und bezeichnet den Willen des Fatums, wie ann. 16, 19 *quae — patronus eius nece inmerita lueret* (büſsen sollte). Germ. 29 *in quibus pars Romani imperii fierent.* — *transigere* ohne Accusativ „abschlieſsen, ein Ende machen". ann. 2, 65 *de controversiis conloquio transigi.* Germ. 19. So erst im silbernen Latein, während Klassiker sagen: *transigere cum aliquo* „mit jem. ein Geschäft abschlieſsen."

13. *imponere magnum diem* nach Analogie von *finem imponere.* — *quinquaginta* ist runde Zahl statt 43.

14. *imputare,* s. zu 27, 6.

35. 3. Über *instinctos* vgl. zu cp. 16, 1.

4. *firmarent,* nicht als ob sie andere, die dort standen, verstärkten, sondern sie selbst bildeten ein festes Centrum. ann. 1, 51 *vicensima legio terga firmavit.* So zuerst bei Liv. 9, 3, 10 *perpetuam firmare pacem amicitiamque* (fest abschlieſsen). Neu ist *adfundere* statt *addere* und scheint in diesem Sinne ἅπ. εἰρ. nach Analogie von *circumfundere* bei Cäsar und Livius.

6. *stetere* „stellten sich auf". — *victori* statt eines Bedingungssatzes: *si vinceret.* — *decus* ist Apposition zu dem ganzen voraufgehenden Satze; vgl. zu cp. 1, 2. — *citra* „ohne", wie cp. 1 *citra fidem.* — *bellanti* scil. Agricolae.

7. *in speciem* „um zu imponieren". ann. 2, 6 *augebantur* (naves) *alacritate militum in speciem ac terrorem.* 15, 9 *magna specie volitabant.* In ähnlicher Bedeutung schon bei Cicero.

9. *insurgerent,* wie hist. 2, 13 *ut pars classicorum in colles — exsurgeret.*

10. Über die *covinnarii* s. zu cp. 12. Der Zusatz *eques* bezeichnet nur den Gegensatz zu *pedites.*

11. *superante.* Das Heer des Agr. betrug 28000 Mann (Urlichs).

12. *ordinibus.* Die Linie verlor dadurch an Tiefe und gewann an Ausdehnung. Dafür gebraucht aber Livius *diducere cornua* (5, 38. 31,

quamquam porrectior acies futura erat et arcessendas plerique legiones admonebant, promptior in spem et firmus adversis, dimisso equo pedes ante vexilla constitit.

Ac primo congressu eminus certabatur; simulque constan- 36
tia, simul arte Britanni ingentibus gladiis et brevibus caetris missilia nostrorum vitare vel excutere, atque ipsi magnam vim telorum superfundere, donec Agricola Batavorum cohortes *tres* ac Tungorum duas cohortatus est ut rem ad mucrones ac manus adducerent; quod et ipsis vetustate militae exercitatum et hostibus inhabile, parva scuta et enormes gladios gerentibus; nam Britannorum gladii sine mucrone complexum armorum et in arto pugnam non tolerabant. igitur ut Batavi miscere ictus, ferire umbonibus, ora fodere, et stratis qui in aequo adstiterant, erigere in colles aciem coepere, ceterae cohortes aemulatione et impetu conisae proximos quosque caedere: ac plerique semineces aut integri festinatione victoriae relinquebantur. interim equitum turmae, *ut* fugere covinnarii, peditum se proelio miscuere. et quamquam recentem terrorem intulerant,

21), und vielleicht hat Tac. *cornibus* geschrieben.

13. *porrectior* „zu gedehnt" und deshalb von zu geringer Tiefe, also leichter zu durchbrechen.

14. *promptus* mit *in* statt *ad* steht auch ann. 15, 25. 61. hist. 4, 32. 76 und schon bei Horaz. — *firmus* mit dem Dativ zur Abwechselung, wie Tac. sonst den Dativ mit den Präpositionen *ad* oder *adversus* wechseln läfst.

36. 2. *gladiis excutere* „parieren". Vgl. Veget. 1, 4 *obliquis ictibus venientia tela deflectere.* Die Wurfspiefse sind sichtbar, wenn sie ankommen. Beide Infinitive stehen zu den Ablativen chiastisch. *caetra* ist ein kleiner afrikanischer Schild, den auch Spanier führten. Hier soll das Wort, wofür unten *scutum* steht, die kleine Gestalt des Schildes bezeichnen.

4. *superfundere* zuerst bei Ovid, in der Prosa erst seit Livius. hist. 3, 2. ann. 14, 55. — Die *Batavi,* zuerst von Cäsar erwähnt, bewohnten die grofse im westlichen Holland gelegene Insula Batavorum. Sie waren zwar unterworfen, wurden aber als *socii* behandelt.

5. Die *Tungri,* beim jetzigen Tongeren zwischen Lüttich und Antwerpen, gehörten zu Belgien. — *rem ad mucrones adducere* ist neu gebildete Phrase. *mucro* bedeutet auch das römische Schwert, hier im Gegensatz zu *ingentes gladii.*

7. *parva scuta — gerentibus* ist zur Begründung von *inhabile* hinzugefügt, also nicht Glossem. Dann folgt *nam* zur näheren Erklärung.

8. *sine mucrone.* Keltische Schwerter ohne scharfe Spitzen erwähnt auch Livius 22, 46 *Gallis praelongi ac sine mucronibus.* — Die Bezeichnung des Einzelkampfes in unmittelbarer Nähe durch *complexus armorum* ist ἅπ. εἰρ.

9. *tolerare* mit sächlichem Subjekte nur noch ann. 2, 6 *quo facilius fluctus tolerarent (naves)* und bei dem älteren Plinius. — *miscere ictus* nach Livius: *certamina, anceps proelium miscere.*

10. *fodere,* in diesem Sinne unklassisch. *adsistere* „antreten", häufiger in den Hist. und Annalen, früher wenig gebräuchlich, doch schon bei Klassikern.

11. Über *erigere* s. zu cp. 18 *erexit aciem.*

13. *semineces,* unklassisch.

15. *recens* „plötzlich", eigentlich: ein so eben entstandener Schrecken. ann. 14, 23 *recenti terrore.*

densis tamen hostium agminibus et inaequalibus locis haerebant, minimeque aequa nostris iam pugnae facies erat, cum e gradu aut statu simul equorum corporibus pellerentur; ac saepe vagi currus, exterriti sine rectoribus equi, ut quemque formido tulerat, transversos aut obvios incursabant.

37 Et Britanni, qui adhuc pugnae expertes summa collium insederant et paucitatem nostrorum vacui spernebant, degredi paulatim et circumire terga vincentium coeperant, ni id ipsum veritus Agricola quattuor equitum alas, ad subita belli retentas, venientibus opposuisset, quantoque ferocius adcucurrerant, tanto acrios pulsos in fugam disiecisset. ita consilium Britannorum in ipsos versum, transvectaeque praecepto ducis a fronte pugnantium alae aversam hostium aciem invasere. tum vero patentibus locis grande et atrox spectaculum: sequi, vulnerare, capere, atque eosdem oblatis aliis trucidare. iam hostium, prout cuique ingenium erat, catervae armatorum paucioribus terga praestare, quidam inermes ultro ruere ac se morti offerre. passim arma et corpora et laceri artus et cruenta humus; et aliquando etiam victis ira virtusque. postquam silvis appropinquaverunt, idem primos sequentium incautos collecti et locorum gnari circumveniebant. quod ni frequens ubique Agricola validas et expeditas cohortes indaginis modo, et sicubi

16. *haerebant* sie saſsen fest, konnten sich nicht rühren.

17. *facies* die Gestaltung, wie hist. 2, 42 *non una pugnae facies*. 3, 30 *nova laborum facies*. So zuerst bei Virgil.

18. *pellerentur*, Subjekt: hostes, während in *haerebant* das Subj. war: Romani.

19. *exterriti* ctt., wie Sall. frgm. 1, 98 (Kr.) *equi sine rectore exterriti*.

37. 1. *adhuc* von der Vergangenheit, wie ann. 2, 42 *inconditam multitudinem adhuc disiecit*, und öfter; in der Prosa erst seit Livius.

2. *vacui* = securi „unbesorgt, furchtlos", sonst mit dem Zusatz *metu*; ann. 2, 44 *vacuus a periculo animus*. hist. 1, 86.

3. Vor *ni* ist zu denken: et re vera circumissent. Vgl. cp. 4 *hausisse ni*.

4. *subita belli* „unerwartete Fälle während des Kampfes", auch hist. 5, 13; dasselbe bei Liv. 6, 32; dagegen 4, 27 *ad subita belli ministeria*. — *bellum* statt *proelium*, wie Liv. 44, 34 *morte memorabili inituros bellum*. 8, 10. 21, 8. Vgl. zu 12, 12.

6. *consilium*, näml. den Römern in den Rücken zu fallen.

9. Die folgende Beschreibung, welche auf jedes blutige Landtreffen paſst, erinnert stark an Sall. Jug. 101.

10. *eosdem*, näml. *captos*.

12. *terga praestare* ist ἅπ. εἰρ. statt *praebere* oder *dare*.

13. *et aliquando* ctt. ist Fortsetzung der Schilderung. Hier sind aber nicht Unbewaffnete, wie vorhin, gemeint, sondern solche, die ihr Leben teuer verkaufen. Ähnlich Virg. Aen. 2, 367 *nec soli poenas dant sanguine Teucri: quondam etiam victis redit in praecordia virtus, victoresque cadunt Danai*.

15. *idem* = iidem, nämlich *victi*.

16. *frequens ubique* „überall gegenwärtig". Das häufige Erscheinen eines einzelnen bezeichnet *frequens* auch ann. 4, 3. 55. hist. 4, 69 und schon Cicero p. Rosc. Am. 6 *erat ille Romae frequens*.

17. *indaginis modo* wie Liv. 7,

artiora erant, partem equitum dimissis equis, simul rariores silvas equitem persultare iussisset, acceptum aliquod vulnus per nimiam fiduciam foret. ceterum ubi compositos firmis ordinibus sequi rursus videre, in fugam versi, non agminibus, ut prius, nec alius alium respectantes; rari et vitabundi in vicem longinqua atque avia petiere. finis sequendi nox et satietas fuit. caesa hostium ad decem milia, nostrorum trecenti sexaginta cecidere, in quis Aulus Atticus praefectus cohortis, iuvenili ardore et ferocia equi hostibus inlatus.

38 Et nox quidem gaudio praedaque laeta victoribus: Britanni palantes mixtoque virorum mulierumque ploratu trahere vulneratos, vocare integros, deserere domos ac per iram ultro incendere, eligere latebras et statim relinquere; miscere in vicem consilia, deinde separare: aliquando frangi aspectu pignorum suorum, saepius concitari. satisque constabat saevisse quosdam in coniuges ac liberos, tamquam misererentur. proximus dies faciem victoriae latius aperuit: vastum ubique silentium, deserti colles, fumantia procul tecta, nemo exploratoribus obvius. quibus in omnem partem dimissis, ubi incerta fugae vestigia neque usquam conglobari hostes compertum et exacta iam aestate spargi bellum nequibat, in finis Borestorum exercitum deducit. ibi acceptis obsidibus, praefecto classis circumvehi Britanniam praecipit. datae ad id vires, et praecesserat terror. ipse peditem atque equites lento itinere, quo novarum gentium

37 *cum praemissus eques velut indagine dissipatos Samnites ageret.* Bell. Gall. 8, 18.

18. *rariores* „lichter" im Gegensatz zu *artiora* „dichtere Stellen".

19. *persultare,* auch ann. 11, 9 *exercitu campos persultante,* und öfter; in der Prosa erst seit Livius.

21. *versi* scil. *sunt.*

22. *rari* ctt. ist Asyndeton adversativum. — *vitabundi in vicem,* damit sie einzeln leichter entkommen. Das Pronomen *se* fehlt ebenso bei *iuvantes* ann. 13, 2. *incessentes* 14, 17 und öfter; so auch *inter se* bei Klassikern.

38. 2. *trahere.* Es folgen noch neun historische Infinitive, eine seltene Anhäufung. Doch ähnlich Sall. Jug. 66.

3. *ultro* sogar, wie 19, 15.

4. *miscere consilia* auch hist. 2, 7 *mixtis consiliis.* Dagegen *separare* = separatim capere.

5. *pignora* ohne Genetiv (scil. amoris) von Blutverwandschaft ist dichterisch und nachklassisch. Ebenso ann. 12, 2. 15, 36 und öfter.

7. Über *tamquam* s. zu cp. 16, 12.

8. *faciem — aperuit* ist neu gebildete Phrase. Vgl. zu cp. 36 *pugnae facies;* cp. 22 *annus — aperuit.* — *vastum silentium* ist silbernes Latein, auch hist. 3, 13. ann. 4, 50. Mela 3, 9, 95 *sil. vastius.*

9. *deserti,* nämlich von den am vorigen Tage dort gesehenen Kriegern. Das handschriftl. *secreti* paſst nicht, weil es nicht „verödet" heiſst.

11. *conglobare* in diesem Sinne ann. 12, 7 *conglobatur promisca multitudo,* und öfter, wie schon bei Sallust und Livius.

12. *spargi,* auch ann. 3, 21 *spargit bellum,* ist neue Phrase, nach Analogie von *spargere legiones* hist. 2, 76. — Das Volk der *Boresti* ist unbekannt.

14. *praecipere* mit dem Infinitiv, wie cp. 46, findet sich auch bei Cicero und Späteren.

animi ipsa transitus mora terrerentur, in hibernis locavit. et simul classis secunda tempestate ac fama Trucculensem portum tenuit, unde proximo Britanniae latere lecto omni redierat.

39 Hunc rerum cursum, quamquam nulla verborum iactantia epistulis Agricolae auctum, ut Domitiano moris erat, fronte laetus, pectore anxius excepit. inerat conscientia derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum, emptis per commercia, quorum habitus et crines in captivorum speciem formarentur: at nunc veram magnamque victoriam tot milibus hostium caesis ingenti fama celebrari. id sibi maxime formidolosum, privati hominis nomen supra principis attolli; frustra studia fori et civilium artium decus in silentium acta, si militarem gloriam alius occuparet; cetera utcumque facilius dissimulari, ducis boni imperatoriam virtutem esse. talibus curis exercitus, quodque saevae cogitationis indicium erat, secreto suo satiatus, optimum in praesentia statuit reponere odium, donec impetus famae et favor exercitus languesceret; nam etiam tum Agricola Britanniam obtinebat.

40 Igitur triumphalia ornamenta et inlustris statuae honorem,

17. *Trucculensis portus,* sonst nicht bekannt. Die Flotte lief in diesen Hafen ein und blieb dort, nachdem sie von dort ausgelaufen, an der ganzen Ostküste entlang gesegelt und dann zurückgekehrt war, *unde* gehört nur zu *lecto,* nicht zu *redierat.*

18. *lecto.* Die Phrase findet sich bei klassischen Dichtern: *legere vestigia, pontum, oram;* in der Prosa zuerst bei Liv. 21, 51 *decem navibus oram Italiae legens.*

39. 2. *epistulis* „in dem Berichte“ am Schlufs des Jahres. Häufig hat Tacitus diesen Plural statt *epistula* in den Historien und Annalen. — *auctum* „gesteigert, übertrieben“, wie ann. 2, 82 *aucta in deterius adferebantur.* 3, 56 *modica neque in falsum aucta rettulit.*

3. *derisui esse* ist nachklassisch, Cäsar sagt: *irrisui esse,* Livius: *risui.*

4. *triumphum,* nämlich über die Chatten, im Jahre 83. Domitian hatte den Feind gar nicht gesehen.

5. *habitus et crines* ctt. Eine ähnliche Komödie hatte Caligula gespielt. Suet. Cal. 47 *coegitque non tantum rutilare et summittere comam, sed et sermonem Germanicum addiscere.*

8. *studia fori* Beredsamkeit. *civilium artium decus* ehrenvolle politische Thätigkeit. Vgl. cp. 2.

10. *utcumque* „irgendwie, allenfalls.“ — *dissimulare* „ignorieren“ wie ann. 15, 71 und bei Ammian.

11. *imperatorius* kaiserlich.

12. *secreto suo satiatus.* Nicht auf *satiatus,* sondern nur auf *secreto* bezieht sich das voraufgehende *quodque — erat.* Der Sinn ist: er zog sich zurück und nachdem er sich an dieser Zurückgezogenheit (in der er auf Böses sann) genug geweidet hatte, so beschlofs er ctt. Vgl. Plin. pan. 48, der den Domitian eine *immanissima belua* nennt, *velut quodam specu inclusa.*

13. *reponere.* Dasselbe wird in den Annalen über Tiberius berichtet.

14. *nam.* Noch stand Agricola an der Spitze eines Heeres und war deshalb zu fürchten.

40. 1. Die Insignien des Triumphes, mit welchen sich die Feldherren seit 14 v. Chr. statt des Triumphzuges begnügen mufsten, waren: der Lorbeerkranz, die toga picta, tunica palmata und scipio eburneus. — Die *statua inlustris* wird auch *laureata* oder *trium-*

et quidquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumulata, decerni in senatu iubet addique insuper opinionem Suriam provinciam Agricolae destinari, vacuam tum morte Atilii Rufi consularis et maioribus reservatam. credidere plerique libertum ex secretioribus ministeriis missum ad Agricolam codicillos, quibus ei Suria dabatur, tulisse, cum praecepto ut, si in Britannia foret, traderentur; eumque libertum in ipso freto Oceani obvium Agricolae, ne appellato quidem eo ad Domitianum remeasse, sive verum istud, sive ex ingenio principis fictum ac compositum est. tradiderat interim Agricola successori suo provinciam quietam tutamque. ac ne notabilis celebritate et frequentia occurrentium introitus esset, vitato amicorum officio noctu in urbem, noctu in Palatium, ita ut praeceptum erat, venit: exceptusque brevi osculo et nullo sermone turbae servientium inmixtus est. ceterum uti militare nomen, grave inter otiosos, aliis virtutibus temperaret, tranquillitatem atque otium penitus hausit, cultu modicus, sermone facilis, uno aut altero amicorum comitatus, adeo uti plerique, quibus magnos viros per ambitionem aestimare mos est, viso aspectoque Agricola quaererent famam, pauci interpretarentur.

Crebro per eos dies apud Domitianum absens accusatus, 41
absens absolutus est. causa periculi non crimen ullum aut querella laesi cuiusquam, sed infensus virtutibus princeps et gloria viri ac pessimum inimicorum genus, laudantes. et ea insecuta sunt rei publicae tempora, quae sileri Agricolam non

phalis genannt und ward nicht immer dekretiert.

3. *opinionem.* Ehren halber wird die betreffende Andeutung (*opinio*) am Schlufs des Senatsprotokolls hinzugefügt. — Die Statthalterschaft von Syrien galt damals für besonders ehrenvoll.

4. *vacuus* von Ländern, die augenblicklich ohne König od. Statthalter sind, steht öfter in den Annalen. — *Atilius* war im J. 80 Legat von Pannonien, dann Statthalter von Syrien.

9. *remeare* statt *redire*, häufiger in den Ann., ist ursprüngl. dichterisch, bei Cic. nur einmal, dann bei Liv.

11. *successori,* vielleicht dem Sallustius Lucullus, nach Suet. Dom. 10.

12. *notabilis,* bei Tac. beliebt, ist vor Seneca höchst selten (bei Cicero nur einmal in den Briefen).

13. *officium* bezeichnet den feierlichen Empfang.

15. *osculo,* bei den Kaisern nicht ungewöhnlich.

18. *hausit,* wie cp. 4 *acrius hausisse studium philosophiae.* dial. 30 *omnes philosophiae partes penitus hausisse.* hist. 3, 2 *cupidius insolitas voluptates hausisse.* So auch Livius: *haurire gaudium*, *libertatem;* Cicero: *dolorem, luctum, calamitatem* („durchkosten“).

20. *ambitio* bedeutet äufseren Glanz. — *aestimare* mit *per* statt des Ablat. oder *ex* ist *ἄπ. εἰρ.*

21. *quaererent.* Sie suchten seinen Ruhm, d. h. sie suchten die Erklärung desselben vergebens, begriffen ihn nicht. — *interpretari* „zu deuten wissen“.

41. 4. *laudantes,* substantiviert wie cp. 4 *peccantes.*

5. *silere* mit persönlichem Objekt zuerst bei Hor. od. 1, 12, 21 *neque te silebo;* dann im silbernen Latein, statt *de aliquo.*

sinerent: tot exercitus in Moesia Daciaque et Germania et Pannonia temeritate aut per ignaviam ducum amissi, tot militares viri cum tot cohortibus expugnati et capti; nec iam de limite imperii et ripa, sed de hibernis legionum et possessione dubitatum. ita cum damna damnis continuarentur atque omnis annus funeribus et cladibus insigniretur, poscebatur ore vulgi dux Agricola, comparantibus cunctis vigorem et constantiam et expertum bellis animum cum inertia et formidine ceterorum. quibus sermonibus satis constat Domitiani quoque aures verberatas, dum optimus quisque libertorum amore et fide, pessimi malignitate et livore pronum deterioribus principem exstimulabant. sic Agricola simul suis virtutibus, simul vitiis aliorum in ipsam gloriam praeceps agebatur.

42 Aderat iam annus, quo proconsulatum Africae et Asiae sortiretur, et occiso Civica nuper nec Agricolae consilium deerat nec Domitiano exemplum. accessere quidam cogitationum principis periti, qui iturusne esset in provinciam ultro Agricolam interrogarent. ac primo occultius quietem et otium laudare, mox operam suam in adprobanda excusatione offerre, postremo

6. Diese unglücklichen Kriege dauerten von 86—88. Statt selbst nach Dacien zu ziehen und den tapferen König Decebalus anzugreifen, blieb Domitian ruhig in Mösien und schwelgte. Von dort ging er nach Pannonien, um die (deutschen) Quaden und Markomannen, weil sie keine Hilfe gegen die Dacier geleistet, zu züchtigen, ward aber geschlagen. Endlich schlofs er notgedrungen mit Decebalus einen schimpflichen Frieden. Erst Trajan unterwarf das Land.

7. Über *per* s. zu 46, 14. *militares viri* sind höhere Militärs, durch *expugnati* als Befehlshaber der Kastelle bezeichnet.

8. *expugnare* mit persönlichem Objekt, auch h. 5, 12 u. ann. 1, 67; zuerst bei Cäs. b. g. 7, 11 *stipendiariis expugnatis*. Liv. 23, 30 *obsessos*. 26, 4. 37, 25 *Philippum et Nabin expugnatos*. 39, 2 *circumsessi expugnati sunt*. — Die *limites* an der Donau und am Rhein waren breite Erdwälle mit Kastellen.

10. *continuari* „sich anschliefsen, unmittelbar folgen" mit dem Dativ auch bei Cic. n. d. 2 §. 117 *mari continuatus et iunctus est* (aer). Liv. 2, 54 *continuatur paci externae confestim discordia domi*. — *omnis annus* das ganze Jahr 86.

13. *ceterorum* bezeichnet die damaligen Befehlshaber, welche untauglich waren.

14. *verberare* in dieser tropischen Bedeutung findet sich schon bei Plautus und Cicero.

15. *dum* „während" mit dem Imperf. auch hist. 1, 1 ann. 13, 3, wie auch bei Cicero und Livius.

16. *livore*. Vgl. Brut. ap. Cic. fam. 11, 10, 1 *summa malevolentia et livore impediuntur*.

17. Über *simul* — *simul* s. cpp. 36. 25.

18. *praeceps agebatur*, insofern der Ruhm unter Domitian Gefahr brachte; cp. 5 am Ende.

42. 1. Um die beiden senatorischen Provinzen Asia und Afrika losten jährlich zwei Konsulare, welche die höchste Anciennität (seit Erlangung des Konsulats) hatten.

2. Civica Cerialis war als Prokonsul von Asia angeblich wegen versuchten Hochverrats hingerichtet. — *consilium*, nämlich die Provinz abzulehnen.

3. *exemplum* Präcedenzfall.

5. *quietem et otium* auch cp. 6, 21.

non iam obscuri suadentes simul terrentesque pertraxere ad Domitianum. qui paratus simulatione, in adrogantiam compositus, et audiit preces excusantis et, cum adnuisset, agi sibi gratias passus est, nec erubuit beneficii invidia. salarium tamen proconsulare solitum offerri et quibusdam a se ipso concessum Agricolae non dedit, sive offensus non petitum, sive ex conscientia, ne quod vetuerat videretur emisse. proprium humani ingenii est odisse quem laeseris: Domitiani vero natura praeceps in iram, et quo obscurior, eo inrevocabilior, moderatione tamen prudentiaque Agricolae leniebatur, qui non contumacia neque inani iactatione libertatis famam fatumque provocabat. sciant, quibus moris est inlicita mirari, posse etiam sub malis principibus magnos viros esse, obsequiumque ac modestiam, si industria ac vigor adsint, eo laudis excedere, quo plerique per abrupta, sed in nullum rei publicae usum, ambitiosa morte inclaruerunt.

Finis vitae eius nobis luctuosus, amicis tristis, extraneis 43 etiam ignotisque non sine cura fuit. vulgus quoque et hic aliud agens populus et ventitavere ad domum et per fora et circulos locuti sunt; nec quisquam audita morte Agricolae aut laetatus aut statim oblitus est. augebat miserationem constans

7. *pertraxere.* Sie zwangen ihn hinzugehen, schleppten ihn.

10. *beneficii invidia* das Gehässige einer solchen Wohlthat. — *salarium*, in diesem Sinne erst im silbernen Latein. Wie grofs die Summe damals gewesen, ist unbekannt. Im dritten Jahrh. betrug sie 250000 Drachmen. Seit Augustus erhielten alle Beamten festes Gehalt.

12. *offendi* m. Acc. c. infin. nur hier und Suet. Aug. 89. Phaedr. 4, 11, 6.

13. *proprium* ctt. Dieselbe Ansicht hat Seneca de ira 3, 29 *pertinaciores nos facit iniquitas irae; retinemus enim illam et augemus, quasi argumentum sit iuste irascentis graviter irasci.* ib. 2, 33.

15. *inrevocabilis* statt *implacabilis* ist bei Tac. *ἀπ. εἰρ.* Überhaupt ist das Wort sehr selten, ursprünglich dichterisch, in der Prosa erst Liv. 42, 62.

17. *famam fatumque.* Die Allitteration ist bei Tac. nicht selten, — Aus *provocabat* ist per Zeugma für das Objekt *famam* ein Verb wie *quaerebat* zu entnehmen.

18. *inlicita* gesetzlich Unerlaubtes.

21. *plerique* „sehr viele". — *per abrupta* in schroffer, trotziger Weise, wie ann. 4, 20 *inter abruptam contumaciam et deforme obsequium pergere iter ambitione ac periculis vacuum.* Solchen unnützen Trotz gegen den Kaiser tadelt Tac. an dem Pätus Thrasea, ann. 14, 12 *exiit tum senatu ac sibi causam periculi fecit, ceteris libertatis initium non praebuit.* — *eo laudis excedere* = ad eandem laudem pervenire. Val. Max. 3, 4, ext. 1 *ad clarissimum gloriae lumen excessit.*

22. *inclarescere* (auch ann. 12, 37) ist silbernes Latein. Häufiger gebraucht Tac. das poetische u. nachklassische *clarescere.* Das Wort steht hier prägnant statt: inclarescentes pervenerunt.

43. 1. *extraneus* (von Cicero nur auf Sachen bezogen) bezeichnet im silbernen Latein denjenigen, der nicht zur Familie gehört; so auch ann. 4, 11.

2. *vulgus* und *populus* ist nicht etwa Hendiadys; ebenso verbindet Tac. auch *plebs* und *populus.*

3. *aliud agens* statt *incuriosus* „teilnahmlos".

rumor veneno interceptum: nobis nihil ita compertum, ut adfirmare ausim. ceterum per omnem valetudinem eius crebrius quam ex more principatus, per nuntios visentis, et libertorum primi et medicorum intimi venere, sive cura illud sive inquisitio erat. supremo quidem die momenta ipsa deficientis per dispositos cursores nuntiata constabat, nullo credente sic adcelerari quae tristis audiret. speciem tamen doloris habitu vultuque prae se tulit, securus iam odii et qui facilius dissimularet gaudium quam metum. satis constabat lecto testamento Agricolae, quo coheredem optimae uxori et piissimae filiae Domitianum scripsit, laetatum eum velut honore iudicioque. tam caeca et corrupta mens assiduis adulationibus erat, ut nesciret a bono patre non scribi heredem nisi malum principem.

44 Natus erat Agricola Gaio Caesare iterum consule idibus Iuniis: excessit quinto et quinquagesimo anno, decumo kalendas Septembris Collega Priscoque consulibus. quod si habitum quoque eius posteri noscere velint, decentior quam sublimior fuit; nihil metus in vultu: gratia oris supererat. bonum virum facile crederes, magnum libenter. et ipse quidem, quamquam medio in spatio integrae aetatis ereptus, quantum ad gloriam,

6. *veneno.* Cassius Dio sagt geradezu: ἐσφάγη διὰ ταῦτα ὑπὸ Δομιτιανοῦ (66, 20). Das folgende *nobis* bezeichnet die Familie. Der Gedanke ist derselbe wie Cic. ad fam. 5, 5, 2 *ex multis audivi, nam comperisse me non audeo dicere.*

8. *visentis* kongruiert mit *principatus.* Es war Sitte des Hofes, Boten zur Erkundigung zu senden.

9. *illud* ist substantivisch gedacht „dies Verfahren". Vgl. hist. 1, 49 *quod segnitia erat.* ann. 4, 19 *quasi illud respublica esset.* Bei Definitionen ist das Neutrum des Pronomens sogar notwendig.

11. *cursores.* Der Kaiser befand sich wahrscheinlich in seiner Villa auf dem Albanergebirge.

12. *habitus,* die ganze äufsere Haltung bezeichnend, ist mit *vultus* verbunden, wie hist. 2, 52 *vultum habitumque trahere in deterius.* Hor. sat. 2, 4, 91. Liv. 9, 7, 11. Sen. ep. 114, 21.

13. *securus* c. gen. (nach Virgil) auch hist. 1, 86. 3, 41. ann. 3, 28. Ebenso setzt Tac. den Genetiv bei *certus, incertus, anxius, socors, incuriosus.*

15. *piissimae.* Diese Superlativform tadelt Cicero Phil. 13, 19, 43 und behauptet, sie existiere nicht.

16. *honore iudicioque* ist Hendiadys = honore qui inerat in iudicio.

44. 1. *iterum consule,* im Jahre 39 n. Chr. (C. Peter).

2. Da Pompejus Collega und Cornelius Priscus im J. 93 Konsuln waren, so mufs *quinto* statt *sexto* gelesen werden.

4. *decens* anständig, edel. *sublimis* imponierend.

5. *nihil metus* nichts Furcht Erweckendes. So bezeichnen Dichter mit *metus,* Prosaiker mit *formido* den Gegenstand der Furcht. — *superesse* „überwiegen", reichlich vorhanden sein, wie cp. 45. Germ. 6 *ne ferrum quidem superest.* 26 *et superest ager.* So schon bei Terenz und Cicero.

7. *integrae,* d. h. wo die Kräfte noch *integrae* sind, im Gegensatze zum Greisenalter. — *quantum ad* steht auch Germ. 21 und hist. 5, 10, fehlt aber in den Annalen. Zuerst Ovid. art. am. 1, 744 *quantum ad Pirithoum, Phaedra pudica fuit.*

longissimum aevum peregit. quippe et vera bona, quae in virtutibus sita sunt, impleverat, et consulari ac triumphalibus ornamentis praedito quid aliud adstruere fortuna poterat? opibus nimiis non gaudebat; speciosae contigerant. filia atque uxore superstitibus potest videri etiam beatus incolumi dignitate, florente fama, salvis adfinitatibus et amicitiis futura effugisse. nam sicuti *non licuit* durare in hanc beatissimi saeculi lucem ac principem Traianum videre, quod augurio votisque apud nostras auris ominabatur, ita festinatae mortis grande solacium tulit evasisse postremum illud tempus, quo Domitianus non iam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo et velut uno ictu rem publicam exhausit.

Non vidit Agricola obsessam curiam et clausum armis 45
senatum et eadem strage tot consularium caedes, tot nobilissimarum feminarum exilia et fugas. una adhuc victoria Carus Metius censebatur, et intra Albanam arcem sententia Messalini

8. *vera bona* ctt. nach dem System der Stoiker: *sola bona quae honesta, mala tantum quae turpia* hist. 4, 5.

9. *impleverat* = assecutus erat. Vgl. hist. 1, 16 *impletum est omne consilium, si te bene elegi.* Cic. p. Cluent. §. 51 *ne id profiteri videar, quod non possim implere* (= praestare).

10. *adstruere* in tropischer Bedeutung zuerst bei Ovid, dann nicht selten im silbernen Latein. hist. 1, 78 *tamquam nobilitatem ac decus adstruerent.*

14. *sicuti — ita* statt eines Concessivsatzes auch dial. 37. hist. 1, 52. ann. 4, 16. Häufig bei Livius. Gewöhnlich sagt Tac. dafür *ut — ita.* — *non licuit* „es war ihm nicht vergönnt“. — *durare* „dauern“ mit *in* oder *ad* ist silbernes Latein, auch dial. 17. ann. 3, 16.

16. *festinatae.* Tac. gebraucht *festinare* nach dem Vorgange des Sallust und der Dichter in transitivem Sinne, ann. 1, 6 *iuvenis caedem festinavisse.* Dasselbe gilt von *properare.*

17. *tulit* scil. *nobis.* Das Subjekt dazu ist *evasisse* scil. *eum.* Die Konstruktion von *evadere* „entkommen“ mit dem Accus., auch bei Ovid, findet sich erst seit Livius in der Prosa. Anders ist die Bedeutung in cp. 33, 18.

18. *spiramentum* „Pause“, in dieser Bedeutung nur hier und bei Ammian.

19. *exhaurire* für *perdere, pessumdare.* Vgl. ann. 12, 10 *iam fratres, iam propinquos — caedibus exhaustos.* 11, 25 *exhaustis* scil. *familiis*, vom Aussterben der vornehmen Familien, an deren Ausrottung durch Domitian der Verfasser an unserer Stelle gedacht hat.

45. 1. *non vidit*, wie Cic. de or. 3, 2. — *obsessam curiam* ctt. Denselben Terrorismus hatte schon Nero angewandt. ann. 16, 27.

2. *consularium.* Suet. Dom. 10 *complures senatores, in iis aliquot consulares, interemit.* Zehn davon nennt Sueton mit Namen.

3. *feminarum.* Der jüngere Plinius nennt die Gratilla, Arria und Fannia. — Carus Metius, der Ankläger des Senecio, wird in den Briefen des Plinius dreimal erwähnt und betrieb das Delatorengeschäft schon unter Nero.

4. *Albana arx* ist die Villa des Domitian. — Über Catullus Messalinus sagt Plin. ep. 4, 22 *luminibus orbatus ingenio saevo mala caecitatis addiderat: non verebatur, non erubescebat, non miserebatur; quo saepius a Domitiano non secus ac tela, quae et ipsa caeca et improvida feruntur, in optimum quemque contorquebatur.*

strepebat, et Massa Baebius iam tum reus erat: mox nostrae duxere Helvidium in carcerem manus; nos Maurici Rusticique visus *pudore*, nos innocenti sanguine Senecio perfudit. Nero tamen subtraxit oculos suos iussitque scelera, non spectavit: praecipua sub Domitiano miseriarum pars erat videre et aspici, cum suspiria nostra subscriberentur, cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret saevus ille vultus et rubor, quo se contra pudorem muniebat.

Tu vero felix, Agricola, non vitae tantum claritate, sed etiam opportunitate mortis. ut perhibent qui interfuerunt novissimis sermonibus tuis, constans et libens fatum excepisti, tamquam pro virili portione innocentiam principi donares. sed mihi filiaeque eius praeter acerbitatem parentis erepti auget maestitiam, quod adsidere valetudini, fovere deficientem, satiari vultu complexuque non contigit. excepissemus certe mandata vocesque, quas penitus animo figeremus. noster hic dolor, nostrum vulnus, nobis tam longae absentiae condicione ante quadriennium amissus est. omnia sine dubio, optime parentum,

5. Über Bäbius Massa vgl. hist. 4, 50 *iam tunc optimo cuique exitiosus*, — *iam tum reus*, wegen seiner Verwaltung als Prokurator von Hispania Baetica von Senecio und Plinius bereits angeklagt, wiewohl noch nicht verurteilt. Später rächte er sich durch Denunciationen.

6. Helvidius Priscus ist der Sohn des in cp. 2 erwähnten. Nach Sueton hatte er den Domitian durch Anspielung auf dessen Ehescheidung in einem Schauspiel beleidigt. Er ward im Gefängnis hingerichtet. — *manus* ist wörtlich zu verstehen, denn es kam vor, daſs Senatoren während der Sitzung gegen Angeklagte und Verurteilte handgreiflich wurden. hist. 4, 41. Plin. ep. 9, 13. — *Mauricus* und *Rusticus* waren Brüder; jener ward verbannt, dieser hingerichtet.

7. *visus* der Anblick. — *pudore perfundere* nach Liv. 26, 50 *simul pudore et gaudio perfusus*. Das Zeugma, wie Plin. pan. 2 *lacrimis etiam ac multo pudore suffunditur*. — Über Senecio s. cp. 2.

8. *subtraxit*. Vgl. ann. 3, 53 *in hac relatione subtrahi oculos meos melius fuit*.

8. *subscribi* notiert werden, um später einmal als Belastungsgrund zu dienen. Unter Tiberius passierte es, daſs selbst Frauen *ob lacrimas incusabantur* ann. 6, 10. — *denotandis*, nämlich *per ministros Domitiani*. Sein Blick, der bloſse Ausdruck seines Gesichtes genügte, um die, welche Mitleid verrieten, notieren zu lassen. Cic. Catil. 1, 1 *notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum*.

11. *rubor*. Dies war seine natürliche Gesichtsfarbe; das Folgende ist also eine Hyperbel, *se muniebat* statt *muniebatur* oder *munitus erat*.

13. *tu vero* ctt. Die Stelle erinnert an Cic. de or. 3, 3. Viel sklavischer hat Arnobius (II, p. 1122) den Cic. nachgeahmt.

16. *portione* statt parte, auch hist. 3, 20. Doch sagt schon Cicero *pro portione* „verhältnismäſsig“.

18. *valetudini*, gewählter Ausdruck statt *lecto* oder *aegroto*.

19. *contingit* mit dem Infin. zuerst einmal bei Cic. p. Arch. §. 4, sonst unklassisch.

20. *figere* c. abl. statt *in*, sonst dichterisch, auch ann. 1, 65 *figi limosa humo*.

21. *absentiae condicione* statt *absentia*. Mit *condicio* wird hier nur die Lage, das Verhältnis bezeichnet, nicht etwa Bedingung oder Notwendigkeit. — *quadriennium*. Wo

adsidente amantissima uxore superfuere honori tuo: paucioribus tamen lacrimis comploratus es, et novissima in luce desideravere aliquid oculi tui.

Si quis piorum manibus locus, si, ut sapientibus placet, 46 non cum corpore extinguuntur magnae animae, placide quiescas, nosque domum tuam ab infirmo desiderio et muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum tuarum voces, quas neque lugeri neque plangi fas est. admiratione te potius, te immortalibus laudibus et, si natura suppeditet, aemulatu decoremus: is verus honos, ea coniunctissimi cuiusque pietas. id filiae quoque uxorique praeceperim, sic patris, sic mariti memoriam venerari, ut omnia facta dictaque eius secum revolvant, formamque ac figuram animi magis quam corporis complectantur, non quia intercedendum putem imaginibus quae marmore aut aere finguntur, sed ut vultus hominum, ita simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt, forma mentis aeterna, quam tenere et exprimere non per alienam materiam et artem, sed tuis ipse moribus possis. quidquid ex Agricola amavimus, quidquid mirati sumus, manet mansurumque est in animis hominum, in aeternitate temporum, *in* fama rerum; nam multos veterum velut inglorios et ignobilis oblivio obruet: Agricola posteritati narratus et traditus superstes erit.

Tac. inzwischen gewesen war, ist unbekannt. Erst nach dem Tode des Agricola (93) ist er zurückgekehrt.

23. *superfuere*, wie cp. 44 *gratia oris supererat.*

46. 2. *magnae.* Im Traum des Scipio (Cic. rep. 6, §. 13) haben Männer von grofsen Verdiensten um das Vaterland eine besondere Stätte im Himmel, *ubi beati aevo sempiterno fruantur.* — Tacitus glaubt an eine bedingte Unsterblichkeit.

4. *voces.* Die Vorstellung, dafs die Seelen der Verstorbenen an den irdischen Dingen teilnehmen, herrscht ebenfalls im Somnium Scipionis.

5. *immortalibus.* Die Angehörigen sollen ihn, so lange sie leben, preisen. Vgl. ann. 14, 55 *dum vita suppetet, aeterna erunt.*

6. Der Gedankengang erinnert an die Worte des Seneca, ann. 15, 62. 63. — *aemulatus* ist vox Tacitea; viel häufiger hat er aemulatio.

9. *secum revolvere* = *reputare.* Sonst hat Tac. blofs *revolvere* ohne Pronomen: ann. 3, 18 *quanto plura — revolvo,* 4, 21 *in animo revolvente iras.* Aufserdem nur bei Dichtern. — *forma* und *figura* („Wesen und Gestalt") stehen auch öfter bei Cicero und dem jüngeren Plinius zusammen.

10. *complecti* (scil. *animo*) wird in dieser tropischen Bedeutung von Cicero mit *animo, cogitatione, mente, memoria* verbunden.

14. Die Präposition *per* läfst Tac. nach dem Vorgange des Sallust und besonders des Livius häufig mit dem Ablativ wechseln.

16. *manet* ctt. Vgl. Plin. ep. 9, 27, 2 *manet manebit legeturque semper.* pan. 93 *manet manebitque honori veneratio sua.*

17. *fama rerum* (= rerum gestarum) bezeichnet den Ruf, den die Geschichte verleiht.

18. *obruet* (nicht *obruit,* wie Haupt schrieb) bedeutet: selbst die, welche man jetzt noch feiert, werden später vergessen werden. — Das Bewufstsein von der unvergänglichen Dauer seines Werkes hat Tac. mit Thucydides, Horaz und Ovid gemein.

Kritischer Anhang.

(Da die Textausgabe von C. Halm Leipz. 1883 zu Grunde liegt, so werden nur die Abweichungen von derselben besprochen. Die Lesart vor der Klammer ist diejenige von Halm.)

1, 15 *exegimus* Gantrelle.
2, 2 *fuit* Gantrelle.
3, 1 set] *et* cdd.
5, 8 exercitatior] *excitatior* Buchner. — Über das folgende *intersaepti*, welches Puteol. in *intercepti* veränderte, s. den Kommentar.
6, 16 medio] *media* Roth und Peerlkamp.
8, 3 *obsequi* cdd.
10, 24 fluminum] *fluctuum* Kraffert.
11, 11. persuasione] Man kann wohl denken: *eorum sacris deprehendas superst. persuasiones*, aber nicht umgekehrt: *sacra — persuasione.* Der Singular bei Ritter *(persuasionem)* pafst nicht so gut zu dem Gen. plur., von welchem er abhängt, deshalb: *persuasiones.* An dem Asyndeton braucht man keinen Anstofs zu nehmen.
12, 3 distrahuntur] *trahuntur* cdd.
13, 10 velox paenitentiae] von *ingenio mobili* abhängig zu machen, ist ein gewagtes Verfahren. Besser mit Puteolanus: *mobilis paenitentia.*
15, 7 manum] *enim* C. Meiser in den Blättern für d. bayer. Gymn.-Wesen V, Heft 3.
15, 18 plus — integris] *plus illis* Hofm., Peerlk.
16, 9 propius] *proprius* Rhenanus.
16, 22 esset] vor *et* von Halm eingeschoben.
17, 7 sustinuit[que] Halm; *sustinuit* Vielhaber.
18, 17 *a* ist überflüssig. S. die Anm.
18, 19 subitis] ist Konjektur von J. F. Gronov.
18, 23 exspectabant] dafür schreibe ich *spectabant.* S. die Anm.
19, 15 ac ludere] *auctiore* Urlichs.
19, 17 pro proximis] proximis cdd.
22, 8 crebrae eruptiones] braucht nicht umgestellt zu werden.
24, 9 differunt: interiora parum] *differt in melius* cdd.
27, 7 ducis victos] *victos* Lips.
30, 13 atque] *atqui* Rhenanus, im Sinne von *at* oder *at enim.* Dadurch treten die Gegensätze deutlicher hervor, und der Gedankengang ist: bisher waren wir durch unsere entfernte Lage geschützt, jetzt steht der Zugang zu uns offen; aber alles Unbekannte (damit könnten wir uns trösten) imponiert ja nach aufsen hin: ja, aber hinter uns ist die Grenze des Landes, und vor uns stehen die Römer.
31, 19 patientiam] *paenitentiam* cdd.

32, 13 circum spectantes] *circumspectantes* cdd. S. die Anm.
34, 5 ceterorum] vor *tam* gestellt, nach Bährens.
34, 10 novissimae ctt.] S. den Kommentar.
35, 6 victoriae] *victori* Peerlkamp.
36, 4 ac] *tres ac* Gantrelle nach Urlichs.
36, 17 *cum e gradu aut — pellerentur* Eussner.
37, 15 item] *idem* Göbel und Henrichsen.
38, 5 consilia aliqua] Classen und Wölfflin streichen *aliqua* als Dittographie des folgenden *aliquando*. Vgl. Philol. XXVII, 116.
38, 18 unde — reditura erat] scheint mir zu gewaltsam verändert. Ich ziehe die frühere Lesart bei Halm vor.
41, 14 eorum] *ceterorum* Hugo Grotius. Dann ist der lange Zusatz *quibus — solerent* überflüssig.
42, 20 escendere] *excedere* cdd.
43, 6 *ut* adfirmare] *ita comp., ut firmare* Henrichsen.
44, 1 tertium] *iterum* Nipp.
44, 2 sexto] *quinto* Nipp.
44, 14 sicut [ei — durare] *sicuti non licuit durare* Meiser nach L. Quicherat.
45, 5 iam tum] s. d. Anm.
45, 7 visus] *visus pudore.* Ich betrachte dies als Notbehelf, um die Stelle nicht bloſs lesbar zu machen, sondern den Ausdruck mit dem pathetischen Tone des ganzen Kapitels in Übereinstimmung zu bringen. Die sonst versuchten Änderungen sind entweder noch gewaltsamer oder zu matt. Henrichsen vermutet: *horrore.*
46, 5 immortalibus laudibus] *te imm. laud.* Lipsius. Im folgenden ist *aemulatu* von Heinsius, *decoremus* von Ursinus geschrieben.
46, 17 obruit] *obruet* nach den vatikan. Handschriften. Da dies Futurum sehr wohl zu erklären ist, so erscheint jene Änderung von M. Haupt als überflüssig.

Sprachliches Register zum Kommentar.